

helleborus niger, crocus, peucedanum, aqua ardens, amaraci semen & ruta, serpillum & spondylium, erythrodanum, spica Inda. Et vt aris prædictione suscipiendo eos pro mortuis; & si nolunt, non te intromittas, ne iniuste infamiam subeas. Signum autem incumbentis, in aduentu accessionis, (plerumque enim febris languidior comitatur,) cataphora altera, quarum vigilans deterior multo est, & decubitus cum prolapsu ad pedes, & vrinæ nubes quasi puluerulenta,

& substantia turbida aliquantisper & nitor ille deflorescit: post subidet sedimentum, & substantia attenuatur, & contentum fit crassum, & tum iam non est spes: & cum post hæc sit nigrum alterum eorum, tunc mors proxima est. Manifestum est autem quod hic morbus attoniti quasi species quædam est cum febre, aut ex febre. Et primus quidem cerebri putredini apud Hippocratem: secundus Græcorum phrenitidi proximus.



LIBER QVINTVS,
DE MORBIS
ARTICVLARIBVS.

PRO O E M I V M.



SCRIPSIMVS hætenus quatuor libros de Dentibus, in quorum primo præcipua auxilia maximorum morborum breuiffimè sumus complexi, tum verò peculiariter dentium, vnde ab illis nomen sortitum est. In secundo autem curam rationalem morborum qui ex materia pendent exemplo deducto à dentis affectu vt nominis ratio haberet. Peculiare autem est aliquid vnicuique libro vt ipse primo medicamentorum vt ex vulgaris mirabilia euadant, sicut in secundo vires primarum qualitarum & vt actu potestateque differunt sic & vt calor simul attrahit ac dissipat. In tertio scopus est docere medicamenta tam lenientia quam expurgantia. Præcipuum autem est vt medicamentorum dolectus habeatur & ad morbos & ad loca, velut rhabbarbarum ad iecur, Colocynthis ad cerebrum, rhaponticum, vt fracta contusa disructaque sanet, vel etiam si minimum purgauerit, docetque ex multitudine transmutationem. Quarti propositum est docere curationem catholicam morbi maximè communis scilicet Regij, vt magni & plures habentis species, natura exquisitam & vt ita dicam curiosam & ad minima quæque aptatâ. Huius quinti & vltimi intentio est per exemplum difficillimi morbi non etiam valde periculosi docere tam curam consimilium, quam multorum morborum dissimilium consortium, velut ante dicti februm putridarum, Diarrhoæ, hydropis & scabiei. Omnes enim morbi ex omnibus fiunt humoribus iisdemque materiis, sed tamen diuerso modo affectis. Docebimus autem in eo præcipuè multorum admirabilium symptomatum causam: sic igitur exordiar.



CAPVT I.

De nomine podagra, & aliorum morborum articularium. Et quomodo & in quibus differat inter se. De nominis & illius distinctione. Quaestiones, quantum differunt nominis & subiecti quaestiones. Quae deteriores affectiones.

PODAGRÆ nomen an vnum sit vnumque significet, & quantum referat nominis dignotio & diffinitionis cognitio, merito inquirendum est, siquidem & Aristoteles non intactam hanc quaestionem reliquit; nam & in *Primo Posteriorum, cap. 9. & 10.* videtur artigisse, & manifestè in *secundo cap. 2. 3. & 5.* Similiter & Galenus in *secundo de Pulsuum differentijs, cap. 10.* Verùm aliud est diffinitio nominis aliud nomen ipsum, & multiplex quaestio est, scilicet an ad demonstrationem necessaria sit, an utilis solum? an lucis multum afferat? an ad inuentionem commoda? Hæc autem quatuor coniugationes igitur quindecim, quæ duplicatæ scilicet ob nomen & nominis diffinitionem efficiunt triginta, Igitur ad tot quaestiones, cum tanquam vni Galenus responderit, necesse est vt aberrauerit, neque mirū ergo videatur, si cum tam multa de nominum vni scripserit, nihil scripserit: & sæpè in contradictionem venerit. Tum verò illud accedit, quod maximum est omnium, & tamen à Galeno prætermisum, scilicet de subiecto aut de his quæ insunt subiecto, de quibus est considerandum. Namque aliud est quærere de febre tertiana, aliud an sit in venis. Primum enim semper constituere oportet nomen scilicet subiecti, vt constat de eo de quo quæritur, quid febris, quid podagra, quid arthritidis, quid coxendicis dolor. At quæ de his demonstrantur non ita necesse est scire nomen, sed quid res sit, & modo in ea conueniamus; ita nulla fallacia aut error accidit. Igitur primum podagra vt habetur in *Libro de Affectionibus paulo post medium. Est omnium morborum circa articulos violentissimus longissimus, & difficillimus morbus, atque longior difficilior ac violentior, quo venula in quibus materia continetur, exiliores fuerint, & in maiore corporis parte ac maximè necessaria constituta, destitutaque in ossa ac nervos plura ac densiora, & quamuis huiusmodi sit non tamen lethalis est.* Ex quo quantum hic morbus ab articulari differt, inquit enim ibidem. *Articularis morbus fit quotiens calor & dolor acutus corripit articulos, mutatque ex vno in alium, modo deterior, modo mollior factus, uterque à bile pituita commotis in articulos atque illic incumbens.* Sed podagra à venulis oritur habet, & à sanguine in eis corrupto, ab humoribus autem ipsi arthritidis. Cum verò deterior sit uterque veluti podagra, quantum membrum quod corripitur maius est: vnde in pede quàm in digito: & in

talo quàm in pede: & in genu quàm in talo, & in cubito quàm in carpo: velut in carpo quàm in digitis: & in articulo digiti manus proximo quàm in extremo, necesse est vt in coxendice (quippè quod totum complectatur crus) sit deterius. Ob id peculiare nomen sortitum est, vocaturque coxendicis dolor seu ischiæ, Barbari sciaticam. Manifestum est igitur quod coxendicis dolor è podagræ speciebus est & difficillima, & cur ab eo nomine seiungatur; namque articularis morbus genere quidem alius est à podagra, sed podagra manet in loco vno, nec spargitur, nec mutatur, articularis autem proprium est spargi atque mutari. Atque hæc de nomine simpliciter dicta sint. Nunc verò alius de eius interpretatione considerandum est.

Dictum est enim quod podagra violentissimus est morbus, longissimus ac difficillimus, quodque non mutatur sed incumbit in articulos. Arthritidis autem mutatur ac spargitur. Ergo in primis vna occurrit dubitatio, hic verò duæ, & quarta de coxendicis dolore, & rursum quinta de ipso nomine podagræ. Dictum est enim primum quod podagræ est violentissimus morbus tum reliqua. At constat quasdam esse podagras leues, breues, & quæ curantur faciles. Non igitur podagra ab arthritide seiungitur hac differentia: Etenim mihi ipsi primus podagræ insultus vix cum omnibus temporibus tertie diei finem attingit: sæpè verò paulo longior fuit nec nisi semel quod meminim quartum excessit, nec vnquam decumbere per totam secundam diem coactus sum, nisi nunc cum à contusione ortum habuerit. Quod verò dicimus de arthritide quod mutabilis sit id in podagra frequenter videmus, è talo in pedem, è pede in digitum; vel in genu vt nil frequentius, sed & arthritidis si spargitur id contingit etiam podagræ cum materia multa fuerit. Rursum in podagra maior calor pæ sæpè cernitur quàm in arthritide: & coxendicis dolor qui è podagræ genere est, ad digitum pedis quandoque pertingit, & podagræ nomen cum à pede deriuetur, quomodo illius nomine chiram intelligemus, & eam quæ fit in spina dorsi aut collo vel dentibus aut lingua, quandoquidem potius nomine articularis morbi eiusmodi dolor intelligi posset, quæ si fiat non res rei consentiet, multum enim tales morbi ab arthritide differunt, podagræ vero præter locum profus simillimi sunt, solumque podagricis accidere solent, hand arthritide laborantibus. Ergo vt ad singula breuiter dicam. Podagræ differentia illæ merito loci ex quo materia mittitur & in quem mittitur, & ipsius sunt; specie autem differunt, velut infans rationalis est propter naturam propriam. A finis tamen adultus infante prudentior est; sunt autem differentia illæ multitudo crassities & latitudo viarum, & calor naturalis potens: si enim pauca fuerit, tenuissima ac vaporosa, pori, & caro, & loca per quæ transire debet lati, & calor naturalis potens breuior fiet, & vix diculam superabit. Longè igitur facilius discutietur & celerius arthritide: erit tamen semper violentissima, nisi ex pituita aut leui crudo

crudo humore facta fuerit. At dices quomodo ergo genere violentissima est? vnum dico quod non attigit Hippocrates: omnis podagra (& sub ea nunc coxendicis dolor comprehenditur) ex humore fit, licet ichoribus natura pro vehiculo vtatur. Arthritides autem ex sanioso ichore plerumque, propter id febris succedere plerumque solent, sed & à non putrefactis fiunt, huius autem meminisse decet. Ex hoc habetur solutio secundum podagra enim materia non transit de loco ad locum, quoniam est crassa nisi in duobus casibus, cum superabundauerit & repletus fuerit locus prior: secundo cum per viam crisis expellitur tota simul & maximè hoc fit descendendo, vt ex genu in caccillam, ex caccilla in digitum pedis. Coniungit tamen persæpe vt ad ambos pedes moueatur, vel ad pedem & manum simul cum fuerint duæ materiæ fodinæ, Barbari melius dicunt mineræ. In Arthritide verò non sic, sed quia materia tenuis est & putrida, & ex ichoris genere, cito consumitur & spargitur etiam facilius, & ideo noua quæ superuenit non solum locum mutare solet, sed vetus sparsa defunditur in ambitum, & plerumque in maculos & eorum capita. Vnde arthritidis nomen non tam propriè dicitur expertis artis medicæ, quàm podagra vel chiragra, sæpè enim videmus arthriticos laborare totis brachiis & musculis, alios etiam toto dorso: sic ad tertium dico vix fieri posse vt podagra ab initio non sit cum calore, postquam humor è venis affluit: Arthritidis verò cum ex ichore fiat non adeò calida est, processu tamen temporis arthriticus putrescente materia incalescit, podagricus resoluta parte tenuiore refrigeratur. Eadem ratione liquet coxendicis dolorem ex plenitudine & ex consensu venarum (postquam vt dicemus è genere podagræ est) communicari, & genui & pedi, & digito, non quia spargatur sed quia locus repletus est. Vltimo quòd dictum est podagræ nomine intelligi quoscumque dolores (præter coxendicem qui loco & offensæ magnitudine distinguitur & articularem qui specie materiæ) cum in cæteris omnibus conueniant, magis propriè autem distingui potest à chiragra, sed à Hippocrate vnum sub altero continetur.

CAPVT II.

Dubitationes quedam circa nomen & rem, precipud Qualiter podagra fiat, An sit morbus insanabilis? Quomodo fiant inflammationes? de consusione solutio duarum questionum.

IVxta hoc igitur dubitare expedit maximè Iob Aphorismi dictum. *Quibuscumque morbi podaginis sunt, sedati in quadraginta diebus inflammatione finiunt part. 47.* Num fieri possit podagra quæ eum terminum excedat, num breuior, num absque inflammatione? num (propter ea quæ dicta sunt su-

perius) extra articulos fieri possit? nam tendonibus circa illos inflammatione laborantibus, quis morbus dicitur? Etenim si non sit podagra, in periculo maximo verfabimur, ne distentione intereat æger? si sit, erit podagra non in articulis neque articularis morbus? videmus etiam non plus corripit distentione, postquam podagræ loco partes exteriores intumuerint: secunda est cur podagra redeat sæpius, non sic coxendix neque arthritidis: sed si modo casu quodam solum, cum tamen ex eodem genere sint. Tertia an verum sit, quod etiam iuxta Lucianum prædicat, non sanari vnquam, & si ita est cur.

Ad hæc inquam Galenus rectè in commentario Aphorismi adducti satisfacit expressè quidem primæ dubitationi: aliis verò confert ad causæ inquisitionem. Igitur pulchre explicat Aphorismum, & reddit etiam illius quod ad veritatem pertinet causam & rationem, atque vti in aliis tam bene se gessisset, occasionem enim noui laboris nobis non haberemus, sed vt vt factum fuerint laude dignus est: sententia ergo illius est huiusmodi. *Podagra fit (quod alias dictum meminisse decet) libro de Inaquali intemperie, c. 5. cum vena magna implentur feruetque sanguis, & cogitur in venas que sunt rami maximarum, & ex his in minores atque rursus & rursus in minimas fit & sæpius absque tanta redundantiâ natura secerente crudum, & excrementium sanguinem à puro, calorem vehementem seu efferuescentiam totius sanguinis, fit plerumque tum etiam circa multitudine. Alius etiam nec natura secerente nec ex efferuescentia sanguinis sed ex dolore articuli saltem mediocri vel calore immodico accedente laxitate loci id est articuli, iis tribus modis de fluit materia in articulos, atque hæc non ita explicat, sed intellecta esse volo; sequentia verò ad vnguem docet. Impletis ergo dearticulationibus necesse est tendones qui sunt circa ipsas statim extendi atque etiam dolere: non tamen vult tendones impleri, scilicet existimans siquid superingruat humoris in illis venis erudi (necesse est enim talè esse qui non sit planè in naturæ arbitrio) conuenientius est vt in alias dearticulationes proximiores transferatur quæ sunt laxiores, quam vt in substantiam tendonum recipiatur: aut tendat cur verò finiatur intra quadraginta dies, atque eo vsque protrahatur causam esse dicit loca dearticulationum, que sunt frigida, laxa, exanguia, & ob id serio materias concoquant & per meatus euaporando digerunt primum per laxitatem dearticulationis, deinde per carnes & per cutim: demum transeundo exhalant. Hic igitur est modus solutionis podagricarum inflammationum, quæ plerumque vt dixi in quadraginta diebus soluuntur, cum illæ (inquit) quæ in carnosâ parte fiunt in quatuordecim diebus finiuntur. Duplicem autem affert materiam quæ in podagra exhalat: vnâ quæ in cavitatibus dearticulationis est: aliam quæ in ligamentis continetur, eaque penetravit & ingressa est: sentit quoque quod dolor ille magnus qui percipitur in podagricis affectionibus non sit neque in*

articulo ipso : quoniam neque inane sentire potest, neque os neque cartilago quia sensus expertia sunt, sed neque in ligamentis articuli : tum quia illa nervis carere putat : & etiam quia si inflammationem constituat in parte nervosa, scilicet in ipsa dearticulatione quam nervosam esse concedat, non habet quo possit reddere rationem, cur podagrici nunquam conuellantur: vult ergo quod impleantur dearticulationes, & ex ea repletionem distendant tendones annexi dearticulationi, & ex hoc fiat dolor, aded vt pars alia impleatur & inflammetur & demum resoluatur, alia doleat.

Quæ verò reliquit dubia in hoc sunt eiusmodi. Primum cur non materia illa ingrediatur tendones, cū superfluit potius, quam alias dearticulationes, & maximè quod ferè semper tument tendones, & caro circa locum podagricum? Ad hoc dico quod materia illa non ingreditur tendones vilo modo, quia substantia eorum est durissima & sana. Ergo longè facilius ingreditur articulos ob cavitatem, & carnes ac cutem ob laxitatem. Et ita concludo, quod in podagra quantumcunque sæua (nisi contingerit ex percussione) non recipitur materia in tendonibus, multo minus inflammatio, sed solum ob tensionem dolent. Secundum est quod materia non recipit in ligamentis articularum eadem ratione, quia est durissima; eadem ratione quæ nõ in tendonibus: sunt enim sicciora ligamenta tendonibus, deinde vix sanarentur cum sint exanguia, & etiam quia indicium vel sumitur à dolore: & si sic, duo sequerentur contra Galenum, vt inflammarentur partes nervosæ, & tamen nunquam essent obnoxie conuulsioni seu potius distentioni. Alterum quod nervi miscerentur ligamentis. Pro quibus animaduertendum est, quod iuxta sententiam Galeni & Vesalii; *lib. 2. cap. 2. & 61.* ligamentum à tendine differt, & cum eo conuenit. Conuenit quidem in hoc quod vtrunque & intra dearticulationes & extra inuenitur, sed intra dearticulationes rarissimè tendo nisi in circumferentia & extra rarissimè: ligamentum nisi vt tendinis pars non purum neque simplex, nam ligamentum duo habet significata: quandoque enim capitur pro ligamento puro, & est expertus nervi & intra dearticulationes; secundum verò Galenum est expertus etiam sensus doloris, secundum Vesalium verò minime, sed vult aliqua ligamenta pura egregiè sentire atque dolere. Nostra verò sententia est ab utroque distincta, fatemur etiam ligamenta pura prorsus carere vero sensu, dolorem tamen percipere & valde. Vnde manifesta est solutio questionis, quam proponit Conciliator cum dixit se sentire dolorem in scapula, absque eo quod perciperet calorem aut frigus: eiusmodi enim sensus cū acciderit, vel ex solidi diuisione accidit, vel in ligamento puro. Est ligamenti aliud significatum cum per illud intelligimus vinculum extrinsecum & partem tendinis quæ per se non sentit, nec re sed sola cogitatione se iungit à nervo.

Tertium quod indiscussum reliquit Galenus est, quamobrem non ingrediatur

materia in tendinem in podagra, in vulnere autem musculi vel tendinis ingrediatur, quod quidem non semper verum est etiam si distentio subsequatur & mors.

Quantum quod & falsum est, nam præsupponit si inflammatio non fiat in tendine non fieri distentionem quod falsum est. Causa enim distentionis & mortis in tendinibus non est neque dolor, quia in podagra plerique interirent: neque inflammatio quia ex punctura tendinis quandoque statim intereunt, vt inflammatio nondum fieri poterit, Alij verò cum inflammationem patiantur, non distenduntur neque conuelluntur, sed euadunt. Ergo causa distentionis propria in tendinibus est qualitas repentina potens frigida impressa in illo tendine, & plerunque ex punctura ferri per quam contrahit se, & secum diuellit cerebrum, & interficit. Indicium maximè est quod plerumque distentio etiam moriturosum (quod non præterit Hippocratem) est sine febre, vt ego sæpe vidi, imò cum pulsus magna raritate & tarditate aliqua, nisi iam anhelitus interceptatur. Cum ergo podagricorum tumor ferueat nõ parum, nec extrinsecus læsa sit tendonum substantia multum abunt merito podagrici à distentionis periculo.

Hippocratis autem (quamquam parerga) intentum fuit in eo Aphorismo docere nos duo: primum quia videmus podagram esse in quibusdam hominibus longissimum morbum, admonet vt non desperemus de longitudine ipsius morbi, quia non potest transire quadraginta dies: sed sic cadit dubitatio, quia si materia sit multa ab initio poterit diffundi in plura loca: vel vna podagra alteri succedere, & ita potrahi etiam vltra centesimum diem sicut videmus in aliquibus, in quibus durat per multos annos: ideo oportet distinguere, nam Paulus & Aetius non intelligentes hunc Aphorismum culpauerunt Hippocratem, tanquam voluerit præfinire terminum vbi non adest; & eò magis quoniam credunt etiam quod non solum præfioerit terminum in longitudine, ideo quod non possit transire quadagesimam diem, sed etiam imponunt illi, quod voluerit necessario podagram extendi vsque ad quadagesimum diem quod est absurdissimum. Cum ergo viderent paucas terminari quadagesima die, innumeras longè ante, vel post multò, ideo putarunt Hippocratem aberrasse. Dico ergo primum quod si materia sit vel crassa vel lenta, modo non sit in decrepito vel in iam habente corruptos articulos, vbi se regat benè æger, numquam potest transire quadagesimam diem, & ita verissimus est Aphorismus Hippocratis: sed si multa sit tunc vel erit in eodem loco vel in diuersis; si in diuersis affliget diuersa loca, & ferme eodem tempore, & ita non excedet terminum, saltem ratione cuiusque loci, si autem fuerit in eodem loco, tunc vt dixi affliget conterminos locos simul aut valde paulo post, & sic Aphorismus est omnino verus. Quod si quis obiciat nonne poterit ob eandem multitudinem alia materia ad-

iungi

iungi, antequam prior sit resoluta? Dico quod citra errorem victus illud fieri non potest, nam & si adesset hæc materia facilius occuparet alium locum, quæ in priorem transmitteretur; quia iam in priore ob dolorem attractus est multus calor naturalis, & ideo articulus ille est validior naturaliter, & plenior cæteris, & ideo natura non patietur recipi eiusmodi materiam ibi, sed potius transmittet ad loca propinqua, ita ut in omni casu podagra terminetur in quadagesima die vel ante, & ita verum est dictum Hippocratis. Alterum quod docuit est, quod si transeat & non adit summa debilitas virium in quo casu etiam vix contingere potest podagra, neque adsint topi ut diutius perseveret, & excedat terminum quadraginta dierum, debemus cognoscere quod vel medicus ipse aberrat vel æger non facit iuxta præcepta omnia ab iplo medico imperata.

Secundum quæsitum fuit cur podagra totiens reuertatur, cum committalis & coxendix qui ut dictum est è genere podagræ est, & difficultas spirandi, & cæteri morbi qui per circuitus redeunt, plenè in multis saltem sanent? & dico quod vnus rei plures sunt causæ, quæ simul iunctæ, speciem vnus tantum exhibent. Prima ergo est quoniam ubi male temperatura inualuerit in iecore, difficile est illam corrigere præcipuè cum non sit calida vel frigida, nec eiusmodi, sed imbecillitas coctionis sanguinis: augere autem vires deficientes in membro principali sponte sua, non per intemperiam aliquam diminutas, est fermè impossibile & maximè in ætate iam prouecta, quandoquidem videamus id esse difficillimum in visu & in aliis membris quæ non sunt principalia in operatione, quantò magis in principali, deinde in manu vel in pede, hoc vix facere licet cum tot inunctionibus, ce-ratis frictionibus, & aliis manuum auxiliis, quanto minus ergo in iecore defectu. Tertia est quod natura se exonerat & in loca hmilia, nam cauitates dearticulationum sunt secundum naturam: licet non secundum situm semper in humiliori corporis parte, & habent vias latas ad excipienda superflua. Quarta est quia podagra non interficit homines, & parum impedit operationes principales, adeò ut Reges imperant, magistratus iudicent, medici censeant morbos, non est sicut infania quæ contemnitur: aut fœda lues, velut elephantiasis vel noxa nimis acris ut vesicæ lapis, neque morbus qui perpetuo incremento rectè deducebat ad mortem, & ideo cogamur resistere, quantum fieri potest ut in carcinomate. Adde quod nescimus quando reuertitur sit: neque est formidolosus ut comitalis aut vertigo, cum quis repente correptus symptomate posset præcipitari; ideo cura etiam eius negligi solet. Redit ergo podagra, sed dices cur non ita Ischiæ dolor? dico quod morbi tantò celerius redeunt quanto celerius abeunt & vicissim; Ischiæ ergo dolor cum sit contumaciissimus ad depellendum, ita ubi depulsus fuerit facta tanta mutatione non tamen cito redire potest ut podagra.

Ischiæ etiam dolor duo tantum habet loca quæ occupet: podagra omnes alios artus & ex vno vagatur in alium, ut dicebat, Galenus. *decimo de compositione medicamentorum secundum locos.*

Tertia, quæstio an hic morbus profus sit insanabilis: & respondeo quod postquam præcipua causa, ut dixi est imbecillitas concoctricis iecoris, secunda artuum, & membra, non liceat (cum substantia vel compositione non qualitate peccent) roborare nisi in pueritia, & tunc non accidit, vel in adulescentia. Ideo soli adulescentes possunt sanari. At tantum abest ut medici adulescentes sanent, ut quoscumque eorum syderent, & topis omnes artus impleant, frequentibus sectionibus venæ & purgationibus, ac cibis delicatis: illi tamen si rectè curarentur sanarentur, sed & de his quæ alij senserint alia dicemus.

Notandum ex his qua dicta sunt quod podagra quæ aduenit ex contusione, non est tuta à distentione propter causas dictas. Secundum quod vsus frigidorum immodicè si sint frigida actu & potentia, potest esse causa ut podagricus cadat in distentionem & moriatur. Tertium quod qui laborant topis magnis & valde duris, licet rarissime bene recti excedant, quadagesimum diem aliquando tamen excedunt. Quartum est quod oportet animaduertere illud verbum; finiuntur quia intelligitur de doloribus, nam præter dolores adsunt humores, & torpor in motu, qui non restituntur in quadraginta diebus semper, sed quandoque protrahuntur per plures alios dies.

C A P V T III.

De Morbis commutabilibus cum podagra & communicantibus in materia, & quæ partim solum communicant.

NON sunt hæc tria vnum & idem; quandoque enim primum conuenit cum secundo vel tertia, quandoque non; velut podagra est commutabilis cum apoplexia, non enim communicat in materia. Similiter secundum & tertium non sunt eiusdem generis, scilicet quod communicat in materia, & quod partim communicat velut podagra, partim communicat cum scabie, non tamen ita quod materia scabiei tota vel pars sit eadem materiei podagræ, sed materia podagræ bene potest cõuerti in materiam scabiei, non vicissim, materia autem podagræ communicat cum lecephlegmatia.

Princeps autem inquit quod podagra cholericæ attrahit mortem subito. Et maximè apud multam infrigidationem Quid hoc est aliud, quam quod morbus in morbum lethalem mutet? non enim venisimile est quod in apoplexiam quando minus hoc biliosæ podagræ conueniant, quandoquidem apoplexia à bile raro accidat. Et quam-

uis ab aliis vt pleraque acceperit recte fecisset, si modum explicuisset, cum parum etiam hoc experimento deprehensum sit. Materia enim non putrida maximè quæ melancholica non est, subiicitur calori naturalis & ideo raro accidere solet, nisi casus adiungatur: ex casibus autem regulæ non debent constitui. Contingit ergo, vt cum corpulenta fuerit & non vaporosa & acris valde, imo eatenus exulta, vt tum quasi ferueat, rediens (vel ob frigus, vel ob angustiam meatuum præsertim impedita natura) ad cor suffocet repente calorem innatum, non valde dissimili modo, ac in tertianarum accessionum quarundam initio. Ergo podagra communicat propriè colicæ ac lapillo renum, mutaturque in illos morbos vicissim, vt calculus sit periculosissimus, ita podagra securissima, colica media. Quod experimentum quotidie docet & Rasis recitat. Commutant enim inuicem & materia vna est. Leucophlegmatia vero & apoplexia medio modo commutant, & medio modo comunicant in materia, nam ex podagra fit apoplexia & leucophlegmatia, ex neutra autem illarum podagra, neque apoplexiæ aut leucophlegmatix materia podagram efficere possunt: quoniam extra venas iam sunt, ideo in eas regredi nequeunt. Ex venis autem ad extra illas transitus est, cum scabie vero comunicat podagra vt dixi medio modo alio scilicet non propriè, podagram enim scabies sequitur, non scabiem podagra: non enim podagra ex ichoribus tantum fit vt scabies febris & hydrops. Omnes enim hi ex ichoribus tantum sunt morbi, quamquam in febre cum ichoribus licet non putrescunt humores tamen acceduntur. Trium igitur horum morborum, scilicet putridarum, scabiei, hydrops communis est materia ichor, sed diuerso modo. In hydropse generatur corruptus in febre integer, sed dum febrem facit corrumpitur & putrescit, in scabie gignitur & manet incorruptus, sed dum ad cutim expellitur putrescit, & in scabiei materiam vertitur: vnguenta igitur quæ scabiem pellunt ichorem in flatum discutiant, vt corrumpi non possit, antequam autem possit discuti plurimus eicitur, & ob id tum magis crescit scabies sed breui desinit. At diarrhæa & febres putridæ, & tubercula commutant inuicem, & in materia comunicant, quæ corrumpitur scilicet in humoribus, sed quæ nondum putrescit, nam ichores sunt qui in febribus putrescunt præterquam in pestilentibus. Quamobrem & podagra cum febribus non pestilentibus & diarrhæis & cæteris tuberculis comunicat, & commutatur familiariter. Commutat ergo podagra cum renum calculo, colica, apoplexia, leucophlegmatia, febribus, scabie, diarrhæa & cæteris tuberculis, præterea cum corripa, stomachi fastidio & lassitudinibus ventriculi, vt vidi: non tamen ascite etsi ambæ comunicent febri.

CAPVT IV.

De variis accedensibus podagræ: fastidio dolore, inquiete, pruritu, torpore, grauitate, & de hæmorrhoidibus.

PRognosticum satis verax signum est superuenturæ in diem podagræ, cum quis citra crapulam fastidium ventriculi, cibique tanquam nondum concocti sentit: quod non solum mihi ex podagræ aduentu, sed etiam aliàs cum iuuenis essem, dum hæmorrhoides instarent, superuenire solitum fuit. Vnde videtur podagra cum hæmorrhoidibus commutare, aut saltem in materia comunicare vt sint affectus, qui cum ea comunicant duodecim numero. Hippocrates tamen in sexto Epidemiorum non podagræ meminit, sed forsitan sub illis verbis comprehendit. Forsan neque aliis Auicenna sanè commemorat; sed dubium non est quin non aliquando commutent. Fiunt enim ex sanguine superfluo ambæ, sed hæmorrhoides ex crudo, aut affato: podagra propriè ex crudo. Differet tamen materia à materia, cum hæc in venis fiat vltra cauam, illi citra cauam. Quamobrem earum est causa manifesta: nam repletis illis venis, mælaræ etiam replentur, aut saltem sanguis corrumpitur, & ventriculus velut in piera prægnantium cibum abhorreat. De podagra igitur verisimile est hepar esse repletum sanguine pariter crudo, sed id cum exili sit, & obtuso sensu præditum, non percipit: is autem qui ad ventriculi imum venit, nutritionis causa malè afficiendo ventriculum, odium cibi parit. Sensu enim animali atque excellenti ventriculus præditus est. Aliet etiam ex ventriculi cruditatibus coæruatis, etiam aliis in venis cumy momentur, contingit ventriculum qui amplius se exonerari non potest suas sentire. Hæc igitur ita se habent in his quibus accidunt, nam non omnibus hæc accidunt. Sicut neque doloris magnitudo, aliis quidem clamosa continua, aliis minor nec assidua, quod ex qualitate, & quantitate materiæ compositione membrorum, & sensuum mollitie; nec non ex animorum varietate percipitur. Communis tamen in assiduis quàm intermittentibus est, vt sola cogitatione motus membrorum sit horribilis. Secundo loco cum spes manet, non tamen neque potest mouere, neque admittere ministrum qui moneat. Tertio cum motus ministrum fert, non tamen mouere per se potest: & dum ab alio mouetur, dolet. Quarto cum mouet ipse cum dolore tamen, aut absque eo ab alio aditus. Quinto cum mouere potest sed ægrè, licet dolore non torqueatur grauiet tamen adest. Sexto cum grauitate caret membrum, atque dolore, & expedite mouet, tamen aut torpor manet, aut imbecillitas, aut leuis dolor. Demum est ad sanitatem reditus, vt sint quatuor præcipuè consideranda: torpor à sensu: grauitas è tumore, & obstructione neruorum, dolor

à tensione & qualitate in tendonibus: Imbecillitas à resolutione spirituum, à longa immobilitate, ab obstructione, atque hæc communia: alia minus communia, quæ tam magnam molestiam afferunt, velut ictus, pruritus, iniquies: alia quæ non molestiam afferunt: velut pulsus tumor, tensio quæ ad tactum sentitur, tum sudor; alia quæ quandoque dolorem movent, quandoque non, veluti calor vel frigus. Igitur pruritus fit ex tenuiori parte, quæ extra protruditur: salus à vaporibus, pulsus significat tumorem talem ut arteria comprimatur. Et tumor quidem materiæ, tensio autem spiritus abundantiam significat: sudor autem optimum est signum; nam tenuitatem materiæ & robur partis significat, ad id ut declinationem à principio significet, & vnam alteri iungere. Iniquies verò impedimentum exitus vaporum, & hæc æst minor, aut saltem verior: plerumque autem fit à situ quem podagrici raro bonum sed multò rarius stabilem inuenire possunt. Propterea de eo dicendum est.

CAPVT V.

De situum varietate.

Cum aliàs docuerimus, hominis decumbentis naturales situs octo esse in podagra, quæ in pedibus non tantum momenti afferunt, si vnus aut alter eligatur. Satis est, sed in manibus minus: multò autem minus in senibus ac ischia, quoniam duo sunt membra, & dum moventur totam tibiã aut partem solum trahere coguntur (ided cum nec diu stare possit æger, nec sine pondere annexo pars ægra moueri) poterit corpus vllam habere requiem. Igitur neque super latus patiens diu consistere poterit, altero prægrauante crure: neque super sanum, cum incumbens ægrum rectum cogatur, isque situs cum peruenitur sit ipsam verò crus debile: ad id ut etiam in sanis situs recti in situs difficiles sint ob hæc: neque pronus cum in die turpis & incommodus ad omnia, præsertim amicos excipiendos habeatur, nec concedat etiam quocumque declinet podagra, nam genu patella premit lectum, & ab eo pressa morbi vitissim locum: nec supinus etiam conuenit, cum periculum imminet ex hoc calculi materia haud deficiente & calore immodico renibus æstuantibus, quid hoc aliud esset, quàm Glauci permutacionem armorum facere. Constat in simplici nullo situ diu ægrum posse consistere: supinus autem situs ut malus est valde imbecilli ventriculo & renibus, ita utilis non parum ægrè spirantibus. Contra pronus ut ægrè spirantibus malus, sic vtilissimus ad concoctiones, quia colligit calorem naturalem & patientibus destillationem ad ventriculum, nam pituita in gulam sic decumbentibus influere non potest, ut in suffitus ad pectoris partes atque asperam arteriam, adde quod ex prono multis affluit pituita copiosa & humo: subtilis ex ore in puluinar & nares, maxime prima hora somni. Vnde

Tom. I X.

multi, quibus solitus fuit ventriculus ob destillationem à capite imbecillitate coctionis cibi laborare, hoc solo præsidio liberati sunt. Sed videamus modo mediorem situm quis sit tolerabilior, quandoquidem nihil in totius podagræ cura sit magis necessarium scientia decubitus optimi, nam & dum decumbit si bene decumbat, nil nisi ipso decubitu sanus ab ægro differt, & decubitus ipse bonus dum dolorem leuat, somnum admittit, atque idem quietem ægræ tranquillitatem morbi, mitigationem ac breuitatem facit. Sed ut ad rem ipsam redeam etiam nunc mihi profuturam, quippe ex rotula genu, ut dixi sinistri, tum podagra laboranti necessariam (ingenue fateor) diu frustra cum confictatus sum vsque ad animi desperationem, tandem quatuor occurrerunt ex quibus intentum quaesiti allecutus sum: Hippocratis authoritas, ratio, experientia, præcedens somnium quo admonitus sum, & hæc omnia confirmant experientia subsequens. Ab Hippocrate igitur in libro de fracturis admonitus sum. Primum quiescat quantum potest ita ut pars laborans altior sit toto reliquo corpore: nam longa quies concoquit, soluit ea quæ sunt præter naturam somnum conciliat, consolidat, sedat, dolorem subdit. Qui perferre quietem non possunt longiore indicatione indigebant, atque ita curati neque forsitan plenam sanitatem adipiscuntur. Tertio addit quietis modum, admonens non posse quiescere diu in insucto more situs membri, & dat exemplum velut si quis velit cubitum extensum diu tenere, etiam per vincula non poterit, quoniam vsu fluxum tenere solet. Admonet etiam nihilominus quod aliqui decumbunt in iucto more propter impotentiam motus cum vertere se nequeant, necessitatem pro consueto habentes, ad id ut primum sit necessitas quæ ab impotentia procedit. Secundum consuetudo quasi naturalis inde quies. His subiicit molliem strati plurimum conducere, & id habendam quietem, & ad permutacionem cubilis cum opus est, & ad exonerandam aliquam ut naturæ seruiamus, quod etiam vtile est per se quibuscumque similibus morbis. Demum subiicit post hæc communia vnum proprium huic tractationi, & loquitur de crure fracto quod ex similitudine ad præsentem casum tum collisionis rotulæ, tum podagræ referri debet, scilicet quod crus debet manere directum & in molli strato, & rectitudinis causa est, quoniam primum homines ita iacere soleant hoc situ: sed potior quoniam restitatio ad restitudinem membri comparatur, quare restitutum necessarò in eodem situ retineri debet. Præterea subiicit quod in tali extensione moderatè extendi debet crus & prorsus (nihilominus) iacere in directam, vbi Galenus secundo libro com. 64. dum subtiliora rimatur inter alia inquit, sed enim licet hæc ad iurellam preparata a medicis sint, præter es-tamen non sit ut moiso articularum impediatur, cum eger & tali & genu articularum, hæc illac paululum mouere queat. Coxæ autem liberæ; somnio, quia maxime consulendum est duobus, morbo & naturæ, ex quibus sit tertium

E E c scilicet

scilicet utriusque: Et morbo quidem ut alius membrum detineatur & neque comprimatur. Alius autem bifariam velut comparatione ad corpus crure elevato, alius quam corpus sit & ad partes membri, scilicet ut pars læsa sit superior. Naturæ verò & ut sequamur consuetudinē & musculorum situm. Quapropter dicebat Galenus, naturalem situm nobis esse, ut quiescamus non contractis membris præsertim cruribus, Sed neque profus extensis. Verum tamen propius extensis quam contractis. Utriusque autem consuleremus & mollitie strati; & leuitate operculorum. Quamobrem & calida esse oportet, & plumea Germanico more omnes prætulerim. Atque ea ratione æger collocandus erit in cubiculo angusto, sed tamen mundo temperato magisque ad tepidum quam ad frigidum inclinante, quod etiam ad materiæ concoctionem & doloris sedationē ac tranquillitatem aliaque commoda conducit. Ratione verò quia diuaticatis cruribus, necesse erat decumbere, postquam altero alteri superstante, quanta mala sequerentur edocui, modicè ne plurimū a consuetudine recederemus, & quòd oportet actu frigidis (in quo quidem aberraueram) potestate autem tepidis uti, & causa est quia in actu periculum minus est erroris, cum sentiamus noxam: potestate autem maius periculum, sed ratio dicat calida temperare esse vtiliora, nam sunt magis consueta primum nobis, nec quieti nos dedimus, nisi sub eo statu & dolores finiuntur, & tumores mollescant & digeruntur ac dissoluuntur, & nervi calore gaudent veteraque huiusmodi: insuper quod alia aliis conueniunt, & ratione morbi & loci & temporis ipsius: & temporis etiam morbi & consuetudinis, & temperaturæ. Eaque causa etiam duo me obseruare oportere. Primum ut crur sanum opitularetur ægro, laboreque illud leuaret, atque ob id etiam calcitra, vna calidiore scilicet & leuiore crur ægrum integeretur, sanum autem eadem illa atque altera cum reliquo corpore: quare quasi transuersim in hanc formam ut B.C.D.E. referat calcitram secundam eamque plicatam & quæ totum corpus tegat, crurque cum eo sanum, A autem partem primæ, quæ sola laboranti cruri obtenditur. Experientia verò cum & vincula obiecissem, & locum aqua frigida lauissim ab vnguento ac superfusione leui vsus, omnibusque proposui. obseruatis scilicet ut quiescerem crura morbo soli libero minimè onerato: ab altero paululum diuaticato corpore consuetudinem cum circa eum situm modo paulo plus, modo paulò minus versarer, statim in somnum incidi, inuenique experrectus paululum me à situ consueto differentem, distentum iacere scilicet supinum, declinantem in sinistrum latus: ita pronum ut neque renes neque dorsum (nam vtriusque carere soleo) tangant stratum, ita consuetudini proximus ut præter diuaticationem crurum in quam tamen dextrum genu molliori suræ parum infidebat iacerem: somno solutus statim in eum redij & iam ad diem multam experrectus inueni me in altero situ consueto sed minus iacentem,

siquidem supinum in dextrum latus valde pronum dextro crure ante iacente, sinistro vero genu versa vice paululum in molliorem eius partem incumbente. Namque decet hominem duplicem in consuetudine dormiendi situm habere, postquam decet etiam singulis noctibus si licet in vitruque latus sed diutius in sinistro dormiendo incubere. Hæc igitur ita se habent. Quamobrem autem somnus obrepat, antequam inquires cogat de suo statu decedere, & quomodo ut seruatis necessariis, quamuis tot difficultatibus secti totas noctes dormire liceat, in sequentibus docebimus.

CAPVT VI.

De cura podagræ duplici ac quasi contraria Arabum atque Græcorum. Et quid dissoluere propositum sit: An concocta materia conueniat purgatio?

COgimur igitur ut ordinem seruemus, modo rationem morbi inuestigare, quæ res ut à nemine animaduersa est ita pulcherrima & vtilis. Ergo ut ad rem accedamus difficilem curationem multiplex modus efficit: non bene notam morbi naturam, varia curandi. ratio ostendit. Generaliter autem propria in quatuor diuisa est. Antiquorum præcipue Asclepiadis quam approbat Galenus: 1. c. de med. secundum locos c. 3. eam quæ ab oribatio originem sumit, quam Paulus sequitur. Tertiam quasi empiricam Aëtij quæ nostra ætate multi sequuntur medici: Et Principio mistam ex duobus vltimis generibus. Sed neque in vniuersalibus concordant. Quidam semper mittere sanguinē volunt quod dolores sint vehementissimi, ut prima Aphorismorum. com. 22. Alij nunquam: ut quasi Princeps credo quod maximus morbus non sit, Et sunt causæ notæ, tum quia oporteret ægrum iugulare si frequenter accideret. Et quia vires debilitatæ humores non nisi crudos gignerent: vnde podagra sæpius & atrocior inuaderet. Demum quod sectio venæ attenuat sanguinem & idèd fluxiones magis irritantur. Alij volunt ut in sanguinea tantum velut Paulus, similiter & de purgatione ab initio: tanta fuit olim controuersia ut Princeps verterit opinionem quasi duorum vicem getens. Et qui volunt statim hominem in id periculum vocare, attractis per sima ex gibbis iecoris humoribus ægrum in summū discrimen auocant, & ut post longum tempus inflammationem in iecore aut icirrhum pariat, & hominem occidat, nec tamen certi commodi quicquam sperare possunt. Quintum in sine (cum his consentiat Auicenna) quid est quod velint adducere, quando quidem perspirare eam Galenus affirmat; nec satis constat an materia vbi in cavitates intruerit possit per medicamentum educi, cum oporteat in venas reuocari. Istud enim non adèd planum est. Sed

Sed redeamus ad intentum propositum- que; Cura antiquorum præcipua fuit, & ab initio per medicameta topica, emplastraque quæ auocarent egregiè, velut corticem caprarorū & fabarum nigrarum lupinorū quoque fatinam atque huiusmodi: & quæ colligerent carnes ac serosa extraherent, interquæ meminit præcipue. Assij lapidis, & quæ locum stupefacerent: commemoratque prima omnium opiam Mandragoram Altereū & cicutum. Addit crocum ad temperandum: sed & feruentissima, non absurda ergo intentione, vt confestim tum auocando, tum torporem inducendo alleviaretur dolor & fluxio cessaret obrepente somno. Sic cum ex quatuor præcipue constarent huiusmodi auxilia: actu feruidis, potestate auocantibus, colliquantibus torporemque inducentibus: quatuor utilitates feruoris egregias, minimè intellexerunt posteriores, vltionem & virginem vnde dolor dolorem leuat. Est autem inanis dolor breuior multo in parte afflicta, quam podagræ attractionem, ex profundo ad cutim: vnde non solum artus euacuantur sed profusus (vt ille docet) perfractis vesicis dolor & virgo etiam extinguunt. Tertia est, constrictione materiz ad locum fluant. Vt enim declaratum est à nobis in secundo libro calor feruens vt auocat ex intimis ad exteriora, ita particulam astringit vt aliunde recipiant influentem materiam, credo natura timente ob acerbitem doloris, vel ob calorem vehementem exsiccatis partibus proximis per quas recipere deberet. Sic cum calor tepidus trahat & distillet, vrens repellit & astringit. Idem calor etiam colliquat quæ in artubus continentur, vnde sub forma ichoris prodeunt. Cum ergo prouocet dissoluatque, & vesicas excitet, astringat & dolore dolorem leniet non immerito applicantur feruida medicamenta: quæ (modo quis ferre possit) necesse est vt soluant præsentem dolorem, atque eò magis quod potestate similiter colliquarent distilarent atque attenuarent, & torporem articulis inducerent, hæc fuit illorum ars.

De purgatione ita censendum est sine controuersia: cum humores qui fluant & qui in corpore abundans terosi fuerint ac tenues & in motu statim, & tum valido medicamento sunt educendi: secus clysteribus contentum esse oportet, vel ad summum cassiz fistulæ seu nigre succo, aut melle rosaceo, id enim seu syrupus similis valde à noxa omni liber est.

In cæteris ergo aquæ frigidæ vsus optimus erit, moderat & ad voluptatem duntaxat vsque primum inchoando ab interrogatione multa, & diu & valde frigida: & post remittente se affectu pro irrigatione embroca seu superfusio minus frigide & breuiori & pauciori tenaciorique. Demùm per lintea tantum madida & iam manu contracta, & medijs temporibus media. Et si feruentissimus sit locus ac biliosus vel omnino non calidus in vno aquæ frigidissimæ vsus copiosus inutilis est in altero periculosus. Hic modus tantò tutior est & melior, quantò ille alius vtilior & efficacior, ideo

Tom. IX.

etiam personarum non solum morbi ratio habenda est: si sciat multum, si durius sit carnis, si fortis animi, si agrestis primò vtamur, si mollior ac delicatus & effeminatus morbus non acer, hoc secundo. Scio quid obiecturi sint, ò quanta nùm ego iuuenis qui exegi annum iam LXX. nùm æstas media in fine Nouembris? nùm bene carno qui totus xij. libras carnis non obtineam? ò misera medicina olim ad instans redacta, nunc tota transit ad magistros Grammaticæ. At igitur qualis erit, aut quando locus Paulo vel Aetio: certè cum aqua appolueris post iam laboranti particulæ, sed fluxione desinente tunc ad speciem, & vt homini satisfacias, malagmata fieri solent præcipua ex lacte & opio, ex oleo rosaceo vermibus incoctis, ex sapa & fursure: confert & hoc ab initio fursur acetum & aqua prope locū pro emplastro. Nostrium simplex ex lacte seminibus papaueris sæpius repetit, & tepido.

Cæterum quædam dubia mihi occurrunt circa hæc: & primum quid dissoluere tentemur? an materiam quæ est in tendinibus, cum nullam esse affirmet? an dearticulatione cum tum dolor & tumor, appareat manifestè potius in tendinibus ac externis partibus saltem propinquis, quam in articulis. Ideò dicendum est impleri musculi partes, & carnem tendinibus propinquam & vsque ad cutim, quam postmodum vt comprimat, resoluta liberat à tumore & dolore tendinis. Altera est dubitatio an vnquam concocta materia conueniat purgatio? Id autem sanè cum eo vapore locus distillari pigritet, seu ob materiz lentorem aut crassitiam, aut loca nimis angusta, & dearticulationum & pororum: aut imbecillitatem innati caloris aut impedimentum aliquod: tum enim non abs re fuerit ab articulis educendo materias eas purgare. Tum verò attenuare & disticare expedit, ne nimis violenter expurgando cogamur vias dilatare, & corporis compositionem dissoluere.

Tertia dubitatio est an cura illa Aetij ad aliquid vtilis futura sit? Et dubium non est quin ab initio semper malagmata non noceant pondere, caliditate, vt etiam docuit Galenus *In Arte medica* plurima incerta varia, nullis determinata temporibus: Vnicum præterea malagma importunè appositum plus nocebit, quam decem opportunè admota: Et quando nocuerint & cum auxiliis applicatis, eò forsitan res deducta erit, vt nil postmodum profint. Propterea dico perniciosam esse eam curandi rationem, si quis non exacta methodo illa vsus fuerit. At si iudicio vtatis explicitis rationibus scies quid cui conferat. Hoc forsitan ille deceptus est quod crediderit Aesclepiadis medicamenta, & aliorum veterum sine discrimine inuicem copulata: in quo vt dixi non parum deceptus est; nam singula ex his continent octo illas dictas utilitates: quatuor à feruore, vnã à torpore, vnã à colliquatione, aliam ab attenuatione, ac demum aliam à diuisione: cum eo quod concilient somnum atque dolorem leuant. Ergo cum tria sint vt dixi medendi genera, hic vnus vtilis erit, singuli plura numero

eiusdem generis subministrans, sola magnitudine differentia auxilia: quod erat præceptum Hippocratis. Insuper aliud emolumentum genus præstat quod quædam sola experientia inuenta, & à proprietate occulta pendencia docet: vt non inutilis futura sit hæc doctrina recte vtenti quamuis hac in parte minus cognita vt dixi, quoniam nunc vtique curandi ratio in eiusmodi morbo ob varietatem ignota fuisse videatur.

Alia quæstio est cum tendines tument velut ex percussione, qualis morbus & quid agendum? Dico quod non ex podagra, sed si contingit deterior morbus, est enim rarus, sufficit huic tractationi vt sciamus curare podagram, eo directus est sermo. Multi enim sunt tumores tendinum ob quos laborat homo: sed si non ob inflammationem articularum, non sunt podagræ.

De venæ autem ratione quæ fuit vltima quæstio, dico quod non debemus mittere sanguinem nisi adsit repletio sanguinis in toto: quia tunc etiam fieri potest absque podagra, nam si sic podagra sanguinea nec sit sanguinis repletio in toto vel erit morbus paruus, & ei non debetur sectio venæ. *Quarto de victu in acuis*, vel magnus & tunc æger fortis, & debet curari Græcorum antiquorum more, si effectus in sectione venæ in brachio eiusdem lateris vel ex opposito pede xij. *Artis curandi cap. 5.* Vel si iam inualuerit vt resolutio aliquid possit anodynus vt vocant seu acopis. In quo casu licet etiam transire ad experimenta, sed si obsint non diu immorari cum illis, nisi velis verba cum natura contendere.

CAPVT IX.

Ratio victus illorum. An hamorroides inuent? An podagra cum cerebro consensiat? Iudicium futura sanitatis.

CVM in *Tertio de tuenda sanitate c. 17.* quædam proposuerim, hic non tam morbi propositi quam mei nunc podagra vt dixi laborantis in sinistro genu, sed magis percusso ab vtre quem equus gestabat inanè non leui impetu. Contigit autem hoc vespere XXVI. diei Nouëbris, id est, V. Calendas Decembris, nunc autem scribo hæc: pridie nonas. Annum expleui LXX. menses duos, dies IX. Stans huiusmodi. Dolor patellæ genu cum læsione manifesta. tendinis musculi septimi, & nunc alleviatur multum hoc vnguento.

Æ. Acatiz ꝑ. β.
Gummi Eleni ꝑij. }
Amoniæ ꝑij. }
Radicum Alchez. }
Radicum Granati seu arboris } ann. ꝑij.
Mali punici syluestris }

Radices ablatæ contundantur vt sint absque corpore & eis addatur aquæ nymphæ & florum vel loco eius violacæ aut etiam so-

lani lb. j. Tria autem prima quæ pro granis haberi possunt in ꝑij. aceti nigri potentis, coquantur in duplici vase horis tribus, radices autem vsque quo aqua resoluta fuerit, quibus adde lachrimas iam coctas aceto (si quid superest) abiecto & denuo contunde, & bene coque miscendo in duplici vase inde adde oleum rosaceum bene odoratum, & ꝑij. vsque ad iij. ceræ candidæ & puræ & croci ꝑ. optime misce & coque vt in emplastro cerati euadat.

Hoc cum vsus essem calido, (credo nondum sedata fluxione) nocuit, post ter cum vnxissem & ex frigido egregiè inuit, nam annis ante nouem cum citra contusionem vllam podagræ in eodem genu laborassem vix post duos menses explicui, nunc in tribus diebus multum restitutus video. Adest propterea vigilia cuius causa est inquietas vt video. Enterocæcus status scabies dentes ob paucitatem officio suo non satis faciuntur. Mutatio regionis nouæ iam teni & in aerè vt omnes vident prauum, adè vt Romam appellent Longobardorum sepulturam, curæ multæ & deiectio alui sicca & dura, & tamen cum aqua quæ iam biennio exacto cœpit. Itaque omnia me vrgebant: solet enim euenire transferentibus se de nouo in alienam patriam, vt quemadmodum his qui aquam super cinerem proiciunt, tota enim effervescent & euaporat. Ita enim natura cum tantam multitudinem aeris trahat, insueta eius qualitati, tum maximè si aer crassus fuerit, & turbidus ac ventis agitatus, omnes conturbat humores, & agitat eos & expellere conatur: quin etiã quod maius est & mirabile dictu ichores diuersos generat, atque adè superabundantes vt vndique rûpant atque sanguinem corrumpant, & diuersas fluxiones agitent: Romanus ergo eiusmodi est crassus, quia in radicibus collis, & ex Tibri flumine, & ex paludibus maris, humidus etiam eisdè causis. Tum quia minimè liber, & impurus ob id, sed & flatuosus propter maris viciniam, putridus quoque quia humidus & conclusus vehementibus cum caloribus, & quia ex locis putridis, scilicet stagnis & paludibus. Quærendum est autem de causa directionis aquæ per aluum, non enim generatur in ventriculo, nam cœcocto nulla esset, sed descendit sensim ex cerebro collecta ibi ex ascensu vaporum, cuius indicium est, quod vt aliàs narraui ter aut quater pura emanauerit ex naso, & in magna quantitate: ob id ergo sperandum est quod interdum quiescet vt etiam de fluxu è naribus, nec est discrimen nisi quia copiosior erit propter ætatem, & quoniam sit circuitus ex vitio vtriculi, ergo cura erit, vt ab ea incipiamus, ex euacuatione narium, ex prandio sicco & modico, ex apophlegmatismis, ex euacuatione capitis, ex his quæ educunt serofos humores inter quos nihil præstantius existimo serapio ex infusione fumariz, quia cõfert inter cætera ipsi vtriculo & purgat bilem atque præcipue exussã, ergo ratione subducta nihil melius, nihilque præstantius vitare interim quæ plurimum generant serofi humoris, inter quæ maxime fructus horarios & olera.

De vigilia quæ fit propter inquietem, ea autem magna ex parte propter situm vt antea dixi, & situs quidem cum laboratem podagra in genu & longè magis cum in ambobus, & ex ictu non poteram quiescere nisi resupinus: ac is teste Principe parit Apoplexiam & paralesim & incubum, vnde etiam similes alij morbi vt stupor, quorum generi mater mea hac ætate obnoxia fuit, sunt enim hereditarij, præterea dicebam: situs hic generat lapillos in renibus & vesica, vt clarum est consideranti quæ scripsit Hippocrates in libro de Aere Aquis & locis, dum de calculis puerorum agit. Igitur melius est pati dicebam mecum vigiliis atque dolores quam certæ se dedere morti, obdurato consilio duas inueni vias tantum quibus his obstarem incommodis: vnã vt crura supino situ & indolenti constituerem, incumbensque cubito legerem somnifera, atque ita in somnum reptus quod vigilanti difficile, est corpus in latu decumberet, trahe- retque secum crus modicè tamè vt dum expersiscerem voto non fraudatus videar. Paululum autem emolito morbo substrui puluinaria vt latus lateri sine dolore incumbere possit: periret opera si enarrare tentarem quod breui experimento constat: infinitis verbis vix explicari potest.

Alterã via est vt renes non incalescant in quo maior periculum est minoris periculi quam maioris, siquidem apoplexiæ facilius occurri potest ne fiat calculo, postquam factus est gonorrhæam etiam parit, & non aliter polluant qui decumbunt: vulgatum est illud Horatij.

Tum immundo somnia visis

*Nocturnam vestem maculant ventremque
supinum.*

Ergo madefacere aqua frigida renes inungere oleo ex citoneis (hoc enim proprium est eis) seruat enim illos incolumes robustos, & minimè patitur excalescere, quin etiam auferre lanciam interulam ea parte: & si nihil possit horum quantum volumus incumbere lecto caleari è tritico vel hordeo, paleam autem recentem singulo mense permutare.

Sed cur quibusdã decrepitis magis feruescit sanguis, adèd vt vir insignis prope octuagesimũ annum mortuus sit ex fluxu sanguinis narium, cum ætati illi conueniret. Etenim cum calefactis renibus è spina dorsu nullum genus defluxionis, nulla causa incendij in toto sanguine, nullum euaporationis argumentum deesse potest tanti refert hoc paruum. An quoniam senes decrepiti ob imbecillitatem decumbere soleant, non animaduertentes magis in dorsum. An quia retento semine materia illius vertatur in sanem? An quoniam ob ventriculi frigiditatem vtantur cibis calidioribus, aromatibus, vino meraco, atque potenti? An quia minus dormiant, somnus autem refrigerat humectat & coerces humores calidos? Vel quia biliosus (his enim accidere solet hoc symptoma) ex senectute adurantur humores, non quidem vt fiant calidiores sed sicciore. Omne autem siccum promptius ardet quam calidum. An quoniam ex senio oclusis po-

ris intus clausus color magis augeatur. Senum enim corpora quod ad ætatem attinet densantur, dilatantur in cavitatibus, pendunt enim testiculi eorum longius: hæc igitur causæ aut plures aut aliz.

Sed quod maximè me angebat fuit copia flatu & imbecillitas ventriculi, quoniam non hora solita cibum appetebam, quinimo videbatur cibus adhuc in ventriculo esse. At animaduerti non esse ventriculi imbecillitatem, quamuis per annum fermè hoc symptoma perdurauerit. Primum quia neque vires debilitatæ sunt, neque corpus extenuatum: annuli enim id declarabāt, & facies pro ætate florida, & defluxionũ successio frequens, maximè podagricarum: & sanguinis hæmorrhoidalis exitus satis copiosus. Igitur vel omnino ob abundantiam aut saltem si quæ est imbecillitas, maior pars ad illam ac prauitatem referenda est.

Vt verò dictum est à podagra quod me fatigabat & alios plerisque torpor fuit: cui vt mederi possimus inquisitio debetur. Est autem quincuplex: alius enim est cum homo vix sentit in cute ob sublatam ex obstructione nervorum sentiendi facultatem, estque pars paralysis: nam in stupore sensus aliquis manet, velut si quis tangatur à stappa? hic non fuit quoniam nerui tenues non erant obstructi: secundus est qui vocatur Alcuzez ab Arabibus, in quo sentitur quasi formicarum discursus cum imbecillitate sensus & motus. Fit autem in crassis simul & tenuibus neruis atque tendonibus nec hic solet commitari podagricos. Tertius cum ex imbecillitate virium motus membrorum difficilis redditur, qualis in conualescentibus. Hic plerumque non magis est proprius huic parti quam alij, neque hoc igitur laborauit. Quartus est cum natura metu doloris mouere non audet, præceditque vt dici solet poena peccatum. Quintus cum reliquæ humoris prægrauant membrum. Hi duo morbi nos fatigarunt atque vnus alterius curam impediēbat, siquidem exercitatio multum contulisset, sed metus doloris prohibebat, Anodyna seu acopa in hoc casu plurimũ conf runt, discutunt enim & doloris sensum lenant. Nihilominus si paulo tempestiuus adhibeantur augent grauitatem, experientia confirmandum est auxilium, ne timor abscedat, & vt vtamur ipso vti licet.

Sed quoniam flatu multa impedimenta attulit, initium curationis est bonitas alimentum, quies, somnus vnguentum & alius lubrica. Quæ verò alium molliunt & somnum inducunt & boni succi sunt. Sunt veluti panis coctus ex iure non pingui, cum tertia parte vuz passæ paruz sine arilis & tenuis corticis. Vitelli ouorum si non sufficiat caro mollis vitulina, maximè elixata & affata post somnum conciliare præstat non cum frigidis, sed cum styrace croco iridis Illyricæ radice Agalochi, nil plus vltra, nisi quando opus est nymphetæ aut papaueris syrupo. Ad flatum exercitatio ieiuna, vt nil melius. Vnguentum flatum discutiens temperatum astringens. Oleum de absinthio, mastichinum de nucè myristica, atque similia, odo-

rata, astringentia temperata cum *scorpio*.
 Exempli gratia Absinthium Macedonicum
 bene odoratum virens ex iuvene planta, fo-
 liis interioribus cum femine etiam ortum
 aduerſus Meridiem in colle ſiccò leuiter tu-
 ſum, in duplici vaſe bis aut ter repetitum in
 oleo amygdalino dulci aut oliuarum, ompha-
 cino, hæc atque ſimilia.

De dentibus & ætate alias dictum eſt
 sæpe, ne quæror ad iſtum ſolum nunc, nam
 de illo conſiderabimus. Contuſio cum po-
 dagra conuenit quod repellentibus indiget
 ab initio, ſed cum applicuiſſem aquam fri-
 gidam melius me habui. Vnde potius ratio
 habenda eſt podagræ quam contuſionis, id
 apparuit experimento, Medicus peruicax
 applicuiſet calida actû & oſtentatè cum ni-
 hil melius inuenerim aqua frigida, & etiam
 in proceſſu vſus ſum vnguento ipſo frigido
 actû, adeò vt in aſtrictione hac è regione
 pugnantia adhibenda eſſent tam actû quàm
 potentia calida in contuſione, velut crocus
 & myrra. In podagra frigida vtroque
 modo.

Nunc ſubiiciam quædam propria ac bre-
 uiter illa deſcribam. Primum quæritur an
 hæmorrhoides iuuent, & reſpondeo quod
 plurimum, ſi quis multo ante profluens
 habeat, nam tollunt materiam ex qua fit hu-
 mor crudus, ſuperuenientes tamen non niſi
 magno conatu.

An etiam podagra cum cerebro conſen-
 ſum habeat quædã indicant quædã obſtant:
 indicat ſanè quoniam videtur fieri deſluxio
 per ſpinam doſi in articulos. Tamen videt
 ſolum ſentire de coxendicibus. Aliud
 maius quoniam podagrici plerique non
 poſſunt bene reſtitui temporibus pluui-
 ſis, id non videtur accidere niſi quia cere-
 brum & nerui compatiuntur: nam ſine
 nouo deſluxu, doloribus & debilitate
 infeſtantur, multi etiam podagroſi bene
 purgato capite longo tempore bene ſe ha-
 buerunt: quod eſt magnum indicium eius
 quòd diximus, ſcilicet podagram à capite
 pendere: Videtur autem deſumptum ex
 Hippocrate in opère *de Aerre Aquis & locis*.
lib. 7. Tex. 18. 22. & 23. Vbi dicit quod di-
 ſectis venis poſt aures liberantur à doloribus
 crurium ſeu partium inferiorum: vnde li-
 quet quod talis morbus erat podagra aut
 podagra proximus. Ergo podagra habet
 ortum à capite. Quamuis enim aliquis di-
 cere poſſet quod fit per venas, reſpondebit
 aliquis cur per venas illas quæ ſunt adeo
 procul ab articulis. Idèò reſpondeo ex me-
 liore coniectura ſanguinem inſici & tra-
 duci atque tràſmitti ad articulos plenû cru-
 ditatibus, & ob id miſſo ſanguine exſicca-
 batur cerebrum & fiebat magna permuta-
 tio atque hi ſanabantur. Colligendo omnia
 dico duplicem eſſe podagram, vnã quæ
 prouenit ex vitio Iecoris ventriculi & lienis;
 alterã cerebri, indiciumque in his eſt multa
 abundantia pituitæ color palidus, & corpus
 macilentum: vnde cenſeo podagroſis omni-
 bus conferre exercitationem plerique etiam
 & maximè his qui habitant in regione fri-
 gida & humida. Et vbi aër craſſus eſt, &
 in valibus habendam eſſe maximam curam

cerebri, & purgationes cerebri plurimum
 valere, & cubicula occluſa calida & ſuffruſ
 ex Thure.

Ad incòmodum meiendi fiat vaſ latû &
 ſimile ſtrictioris ori ſhoc modo, vt paulatim
 primum dilatetur poſt in vum ſi æqualis lati-
 tudinis, ſed rotundum ex ſtamno ſeu plumbo
 albo non ex vitro aut creta: ſi non poteſt
 ſurgere ad exonerandam aluum, ſubiiciun-
 tur peluſe linteis: ſi abhorret ſcæditatè nulla
 alia via eſt, quàm vt eleuetur à quatuor vi-
 ris robuſtis ſitu indolenti, & collocetur in
 ſede quadrata tectorio huiusmodi forma &
 eſt antiqui moris. Vbi vno genu tantum
 labore, nec contrahere poſſit quod non
 poteſt contrahere deſcendendo è ſcalis præ-
 mittat aſcendendo reliquum, & laborans
 ſubſequatur. Indicium futuræ ſanitatis opti-
 mum eſt lenitas totius corporis & membri
 illius adeò vt melius ſit hæc poſſidere cum
 magno morbo quàm leuem eſſe morbum
 cum grauitate alterutrius. Plenitudini to-
 tius facilius eſt auxiliari, grauitati membri
 laborantis minus eſt periculi, melius eſt
 vbi iuncta ſit contuſioni habere rationem
 eius quàm podagræ quia periculum maius
 eſt. De luxatione vel fractura frequen-
 tius tamen podagræ inſultus contingit, ob id
 calidis potentia non multum actû frigidius-
 culis vteris, donec certior ſias: ita maiora
 illi debent auxilia, huic diutius inſiſtendum.
 Fluxionis autè tẽpus triplex eſt generale vt
 initium incrementum, 2. per circuitus hoc
 à Galeno declaratum, 2. *de differentiis feb. c.*
 11. illud ex natura rei, & id attingit Galenus.
 Et proprium cuius cauſæ ſunt aut vapores,
 aut materiæ motus, aut loci ſenſus aut acci-
 dens aliquod, velut cibus potus concoctio
 cibi. Vel ex aère vt in ventis, frigore nocte
 aut ex aſtris. Videtur enim pati in his ma-
 niſte, maximè quæ ſunt à luſta cum ſole
 aut aliis erraticis, aut quibuſdam inerranti-
 bus quæ tales ſunt poteſtate vt cauſæ in vn-
 uerſo, in quibuſdam autem non adeò hæc
 manifeſta forſan & alia nobis incognita.
 Verum illud non incognitum quod cum re-
 pleti fuerint loci ſuperabundans humor ple-
 rumque vertitur aliud latus, ſin autem pror-
 ſus exuperauerit forſan interficiet hominè
 præſertim debilem. Vtrumque dolor & ca-
 lor in articulo concurſum materiæ adau-
 gent ad locum, quin etiam plurimum
 ob eſt malus ſitus in equitatione & ſcriben-
 di conſuetudo poſt cibum, & magis
 poſt potum, plurimum ſi cum cibo iungatur
 & præſertim vini potentis. Et vini quide-
 m potus multus ſemper eſt valde malus
 præſertim potentis & in principio fluxio-
 nis. Similiter & crudorum omnium eſus ma-
 lus, vt contra valde aſta longè minus obſunt.
 Abſtinere etiam ſemel in hebdomada à vino
 bonum. Et ſcias quod pro cuſtodia ſi plus
 mingat, vina alba ſunt præſtantiora in po-
 dagra, ſecus rubra & astringentia, morbi
 autem tempore ſua & pauca quoniam
 mouent viſas & calefaciunt corpus.

CAPVT VIII.

De Mutatione regionis: De Vſu ſalis, De obſtructione pororum fontibus vſtionibus & amuleis, tum vſu vini, pauci, potens.

Non ita facile aſſentiuntur quidam, vt toro podagræ tempore à vino abſtinere velint, quod neque mihi profuit nimis debilitato ventriculo, cum & dolores, & vigilæ & impedita deambulatio, & multa alia ei aduerſentur. Vnde rectè ille dicebat qui curam habet ventriculi ſaluti totius corporis proſpicere videtur, vt nulli morbo obnoxium ſit. Propterea potens & meracum ac paucum, pro medicamento eſt in podagra. Subit me tamen cogitatio vt hos cogat pluri cibo vti, nam ſi ad ventriculum, & vires quantum libet non prohibeo vt accipias, ſi voluptatis cauſa prauæ indulges inimicis tuis, ſin quia fame cogeris, idem præſtant ſex panis vinctæ, lente ſi edas, & benè mandes quod duodecim deuorata, quin etiam ſuauius videbitur, at quanto vtilius. Idem de potu, ſeu pitifeſ, ſeu ſæpius os coluias raro, & admodum parum deglutias. Sunt ergo hæc improbi vſus & gula irritamenta, non neceſſarias, non vtilitas, neque vera voluptas, ſed fucata. Aſſueſcendum eſt igitur, vt naturæ arbitrio viuas non intemperantia.

Ergo quaeritur vbi ad ſtatum perueneris, quandoquidem omnibus antea vale dixeris cibus, à quonam incipiendum. Certum enim eſt præferri debere ſorbitionem ex pitifana aut pane contrito leui vel oriza, ſed cum iam morbus coctione magis quam aſtrictione indiget, aliquidque ſuperaddendum eſt etiam ante coctionem morbi (non eſt enim idem vt in febribus, nam coctio in podagra materiæ morbi ſit in articulis, cibi autem in ventriculo & iecore, quocirca vbi materia fluere deſerit ſi vigilæ non obſtent tutum eſt corpus nutrire) A quo incipiendum eſt? in calida à carnis vel pedibus vitalorum & cerebro piſcibusque leuiſſimis, velut gobbio paſſere rhombo, perca etiam fluuiali, tum lactibus & iecore magnorum cyprinorum: ſin autem frigida ſit à vino vt dixi vel puro ſed valde paucò, aut paucò, & oligopharo, ſed ſi ventriculus ſit valde imbecillis modicam vini puri ſed oligophori modicumque carniſ alimentum, nam & Galenus quandoque in febribus etiam commutationem ab vtroque incipit. Sic etiam de exercitacione vbi morbus ceperit declinare, nam non ſolum longè maior, ſed etiam tutior eſt deambulatio quam malus ſitus: hic enim ſemper ſine vtilitate eſt, & dolorem & morbum adauget. Exercitacio calorem intendit, aliquidque continui detrahit ex materia, nec tamen ſemper dolorem adauget. Quominus tutum eſt peccare in malo ſitu, quod frequenter ſit etiam ſi non doleamus nobis non animaduertentibus: ſue homo ſtet, ſue ſedeat, vtcunque ſentiat ſe grauari aut dolere, & vt ſolum le-

nes affectus humilior ſit annexis corporis partibus, præſtat enim eſſe ſubluniorum qui patitur.

Vnde dubitatio oritur, quoniam ſenſi hac nocte in genu dextro aded collifam patellam, & quæ cum ea erant oſſa coniuncta vt luxata viderentur: dolore non mediocri, non ergo articulus non dolet: tendò verò ſolus ſic, quin etiam contra tendones incaluerunt non articulus aut minus. Cum verò etiam vtrinque tenderetur nulla fuit quies, & cur non in periculum diſtentionis incidimus. Dicendum articulos dolere etiam ſed maiorem eſſe tendinum ſi nimis tendantur. Duorum autem dolorum qui ſecundum eandem partem ſunt maior obſcurat minorem. Ita plerunque tendones ſoli videntur dolere: iidem magis incaleſcere dearticulationibus quæ in profundo ſitæ ſunt, non quia dearticulatio ipſa non magis à putredine vratur intereſt verò quod dictum eſt aliàs, quoniam tendonibus partes propinquæ carnes ſunt, & ob id calidiores. Sed de tentione dictum eſt non ſufficere vt conuellantur niſi frigore admifto cum inflammatione. Altera enim nimis diſtenditur reliquo diſtendi prohibetur.

Propter cuiusmodi ſi non eſſet admodum tædioſa, perutilis foret illa frictio articularum cum ſale contrito oleo immiſto: conſeruat enim ligamentorum & neruorum etiam tendonum temperaturam, roburque adauget, ſed quoniam ſeruitas eſt maxima quotidie, perpetuo tempore vitæ noſtræ ſic fricari, nescio quid dicam. In regionibus tamen humidioribus & vbi pituita multum abundet, in ventriculo non deteſtaret purgatione capitis quauis via & aſſumptionem thuris pelucidi ter aut quater in hebdomade, ſi abſtinentiam tum à vino tum ab aqua alternantibus vicibus. In vniuerſum potus paucus melior, quam detrahère ex cibo, modo natura ferat quem ſumpſeris.

Pororum quoque ac meatuum qui ſunt in cute tranſpirationem facere, atque in ſenibus eam emollire oleis tepentibus conſulo: & vt calor retundatur, & oſcula aperiantur, & vapores qui intus ſunt diſſentur. De fontibus longitudine temporis ſi ſecundum rectum ſiant & moderae quis vtatur profunt, ſecus debilitant & deteriorem efficiunt non ſolum patientis ſed & morbi ipſius conditionem.

De vſtionibus verò dubium non eſt quod ſi ſola qualitate peccet & non materiæ multitudine, membrum quod eſt in cauſa quia non multum proſit velut in vertice, vel in cerebri parte vnde ſpinalis medulla oritur. Sin intercipiendi cauſa quoniam feretur materia intercluſa via, ſin autem ad deriuationem (nam ſi non intercluditur operam luſſiſtiam fluxa parum proderit: ad cuſtodiam forſan non nihil præſertim modetiſ viris: At ſuper locum doloris tempore non inuenio à Principe niſi in ſtatuolo. Adminiſtratur autem ſecundum hanc formam. 2. 2. 3. Traç. 2. c. 17. *Næ & de cauterizatione bonas, aut de eis que ponuntur loco cauterij eſt, vt ſaceat infirmus ſecundum figuram quam oportet, & prohibeatur ei motus, & circumde-*

tur

tur circuitus doloris cum pasta, & impleatur medium eius sale, & ponatur desuper paruum olei, & ponatur desuper pannus, & sine presentia cauteria diuersa & ignantur cauteria, & administrantur in primis taliter ut non sentiantur calida; deinde sentiantur cum ea, deinde fiant fortia donec non possint tolerari. Cum ergo pertransierint tolerantiam, perforetur massa vel pasta, & precipiatu ei ut inclinetur quatenus aggrediantur sal & oleum; deinde cooperiantur cum lana & ligetur, & oportet ut sit super caput infirmi vas plenum aqua, & aqua rosacea, cum qua abstergetur facies eius, quando sudat, & caueatur ne caro aduratur & ulceretur, Et sumpsit hoc à Rasi 26. con. fol. 296. auctoritate Filogori, qui ait neminem fuisse cui applicatum fuerit hoc auxilium qui non sanans sit, sed differt à Principe in tribus, primò quia Filogorius loquitur de Coxendicis dolore non de podagra. Secundum quia loquitur in qualibet materia, non statuosa tantum. Tertium quia non meminit aperte ferri ardentis sed solum olei & salis calentium. Illud animaduertendum quod videtur pice liquida liquefacta, & thapsia pro singularibus medicamentis: Tertium supra addidimus scilicet cortices capparorum, omnia feruida, sed cur non cum cauterio curantur. Si solum cum igne fiat parum penetrare potest in tanta materia propter ossium dearticulationem. Est etiam sanuum auxilium & infame si non profuerit. Hippocrates etiam negat omnino ignem adhibendum locis neruosis atque tendonibus, his de causis non solum tutior sed validior erit vsus per medicamenta, quam per candens ferrum.

Inter amuleta quidam referunt pedes aquilæ, locum etiam vulnerare torpedinis aculeo multum prodest, aut ut dixi asij lapidis flore emplastri modo. Quod penè auxilium simile est sarcophagi lapidis, in quo si quis pedem laboratorem contineret paucis horis, sanatur naturali ratione qui in xxiiij. horis totum potest absumere pedem . . . si in longè paucioribus possit paucum consumere humorem. Capilli etiam pectorum primum præcis adalligati loco, & super totum impubium. Fel similiter vsinum vel pes leporis quem ferunt si ab animali viuo præcisus sit gestatum liberare patientem à podagra. Hirudines quoque applicato loco proximo & sanguinis detractione & torporem inducendo multum profunt. Quædam etiam carmina Varro scripsit leuare dolorem, aut fide, aut antiqua vanitate.

CAPVT IX.

De his qua sunt necessaria ad tractationem hanc ubi de tpo.

Porro necesse est ut ultra progrediamur scire quæ præmittere oporteat: Velut methodum inueniendi præcipue quæ opportuna sunt, tractatio quam nos diligenter tradidimus in Dialectica cum Aristotelia magis communis esset: Galeni quæ perfecta

erat non habebatur. Quæ habetur non solum imperfecta, sed etiam falsa: vnde multi Galenum arguunt vanitatis in his quæ sibi demonstrare persuadet. Inde methodum eam scire, atque intelligere, quæ duo nostra ætate facilia reddita sunt à nobis. Sed tertium est scire uti, hoc autem difficilius est multò: aded ut paucis potuerim impartiri modum vtendi ea. At quartum est ut discamus deducere ad syllogismum Chrysippeum seu ad dilemma, & penè paria sunt, quamquam hoc minus difficile sit. Quintum est ut promptè quis & quoniam in proposito id peragere possit: quod aded difficile videtur ut nondum quenquam in hoc instruere neque assuescere poterim, aded omnes nostra ætate molles sunt ad suscipiendos labores, præcipue autem atque magis animi potius quam corporis. Atque eo factum est ut cum alij admirarentur nostri non possint imitari, ut plerique me dæmonem habere opinarentur. Sextum est quod oportet dici ac benè exercitatum esse in Mathematicis præsertim in Geometria: quo gloriatus est magis quam quod præstiterit Galenus, nam hoc facit ut expedite dignoscamus quæ demonstrantur & quæ non: id enim & ille affirmat in libro de *Constitutione Artis Medicæ, cap. 7.* Septimum est ut sciat *16629*, quod sit dictum in Experimentis: Octauum est ut norit quamnam sint artis principia propria. Nam ut operemur rectè, duobus alijs præter hæc indigemus, scilicet diligentia exquisitissima in vnoquoque, & scientia vsus tropi. Consistit autem in modo translatione & mensura. Quædam enim eligimus ut absinthium macedonicum, vitus . . . ex planta comam cum semen emittit odoratum: quædam facimus ut cum vnguentum frigidum admoemus emplastrum calidum, & loco origani Cretenis, Italicum montanum in sole ortum miscemus sali & piperi, & diu terimus in sole donec fiat acre, vel etiam addimus aquam ardentem sæpius, atque terimus, tenuoque siccamus. Translatio autem triplex morbi causæ & loci, nam quæ est symptomatis imbecillis est. Differentium autem in reliquis.

CAPVT X.

De Artis principijs & cur accedere ad contrarium sit periculosus.

Primum est quod cor est illud cuius participatione omnia membra viuunt, sanitate fruuntur, ægrotant ac moriuntur. Et qui auxiliatur cordi, omnibus corporis partibus aut parum aut multum confert, totumque corpus ex eo afficitur. Ipsi ad imitationem singula membra ad sanitatem redeunt ipso & iecore etiam auxiliantibus: ut nisi nona materia influeret quæ iam influerit dissentitur, ed sit ut neque tentiones ad distentionem perueniant, & ut morbi misti spontè sanentur. Et medici plures perimunt suis auxilijs opus nature impediendo quam sanent. Anima naturalis quæ in nobis est ad conseruationem agit, quæ Mundi ad interitum.

CAPVT XI.

De reliquis morbi in nobis.

teritum. Velut gregem porcorum lanus consumit, hunc hodie, illum cras interficiendo, ut quisque potest subterfugit, ille facilitati intentus quos primum obuiam habet, occidit, nemini parcat, nec vilius saluti consulit, aut cuiquam miseret: ita hoc quod nos ambit & continet, consumit. Quod continetur vnumquodque pro viribus se tueretur. Id sunt animæ calor naturalis instrumentum corpora regentes. Quæ autem admoventur, trifariam agunt, substantia qualitate & ex accidenti: substantia quoniam ea est principium actionis. Cum ergo qualitatis quæ est instrumentum substantiæ magnitudo lauerit, tribuimus hoc recte ipsi substantiæ, velut iecori lupi, quod iecori humano confert. Cum autem qualitatis opus est conspicuum, falso tribuimus id qualitati, cum & opus sit substantiæ: sed quia simile quid operatur qualitati ita usurpatum est: Vt quod piper excalefaciat, dicimus quod hoc est à qualitate, nam si dicas quod est instrumentum, idem est in omnibus: semper enim substantia est principale agens & qualitas instrumentum, at non semper effectus principalior est similis natura instrumentum. At cum commistum opus aliis causis aliud agit ut potèe occultando poros aqua frigida calorem adauget, in his dicimus esse fortuitum, ipsi appellant per accidens. Contraria à contrariis demoliuntur aut à similibus aut his sine quibus esse non possunt, à contrariis calor a frigore, frigus à calore, humidum à siccis. A similibus ut frigidissimum à frigido, calidissima à tepidis dum transpirant: venena ab alexiteriis sine quibus esse non possunt: velut vapor putridus sine mora: & idè ad transpiratione putredo tollitur: Vita à suffocatione. Vita nostra & sanitas in quadam mediocritate consistit. Vnde morbi tolluntur vel leuiter contrariis: absque permutatione vel valde potentibus contrariis cum permutatione, ut frigiditas ventriculi cum vino leni aut longe potentiore, sed post superbibita aqua. Cum ergo sanatio sit remotio causæ contraria, causæ debebunt morbo non semper sed quandoque similia: supergredi morbi causam quandoque licet: cum morbi ferunt, tum ob motum, tum cum modica mora interponitur in transitu ad contraria, alioquin melius est infra subsistere. Sit causa morbi ad temperamentum a, c, & sint b, a, & a, c, æqualia, dico quod maius est periculum in transitu ad e, quam ad b, solum redditur quoniam enim b, & e, sunt æqualia, igitur quoddam ad distantiam attingit æqualis erit excessus, at in transitu ad b, minor est motus duplo, quam ad e: est enim b e dupla a, b: igitur d, e, & c, b, maior dupla eius quæ est d, b, ad eadem a, b. Imò infinito maior esse poterit. Et ita transitus ad e, poterit interficere hominem, & ad b vix ledet, imò forsitan nec sentietur. Quanto enim minor est d b tanto maior est a e æqualis a b & proportio d, e, ad d, b, vsque ad infinitum.

Alia quoque sunt huiusmodi principia in nobis velut elementorum trium, aut duorum aut quatuor iuxta transmutationem ex duobus.

Tom. IX.

Porrò quæ relicta sunt mihi à podagra, sunt vigilia pruritus imbecillitas ventriculi flatus calor renum non mediocriter, & abundantia aquosi humoris. Certè vsus fumarum educit serosos humores, & temperat immodicum calorem iecoris; & conceptum ex vsu pulegij & origani fenorem, & ventriculo confert. Calori renum aqua & oleum citoniorum apposita. Ventriculo somno, vinculis, herbis prædictis delectu ciborum & obseruatione quantitatis auxiliabimur: Pruritus ad salutem totius corporis facit. Vigiliis quiete pomorum à cæna esu, sint autem bene cocta, ita etiam rapæ sub prunis primò tollæ inde in iure: exuunt enim aqueum humidum non aquæ similem, sed acerbum crudum obnoxiumque putredini quale in horariis fructibus, cum nihil tale sit in aqua, cum etiam recocta recenti mollique siquis ea contentus sit, lyropo & saccharo ex nymphaeæ floribus lotionem pedum cum tepida & styrace cum croco. Flatui exercitatione, quæ iam nobis concessa est, inunctionibus condensantibus deiectione alui. Sed dubium est an exercitatio conueniat. Videtur Galenus inter podagræ causas calorem articulo numerare, imbecillia etiam membra non sustinent laborem quinimo dolent. Ergo deambulatio citra calorem refrigerationem & multo magis dolorem optima est nedum necessaria ut dictum est. Sed iudices, Galenus iubet Quinto de tuenda sanitate membra imbecillia in senibus non exercenda, sed solum in aliis: Dico non intelligit de deambulatione simplici: nam vult ut fricentur. Ergo statuit tres ordines ab imbecillitate, à morbo, ab ætate simili, atque hæc ad duo comparat ad exercitationem & frictionem, deambulatio media quasi est: quam insinuare post videtur dicens. Exercitatio non calor corporibus calidis & humidis confert siccitatem enim & non calefacit. Vnius autem admonet valde necessarij ibi: scilicet ne quis in exercitationem præsertim humoribus repletus se coniciat, nam hoc propriè fluxiones immouet, & connumerat inter eas podagras. Ergo ut ad rem reuertar frictionem vtilem ipsi membro imbecilli putat, etiam superingruente accessione, modo ad illam intercedant, duæ saltem aut tres horæ, quoniam inquit membrum robustius redditur. Et quia dixerim etiam aperiuntur pori, pleræque autem fluxiones Galeno ibi teste sunt, materia in vapores conuersa auocat etiam tumorem ad exteriora. Vnde in minus nobilibus membris tutius est hoc facere. Imbecillia autem exercere licet exceptis solis senibus. Non ergo cura podagros? Absit, podagricorum membra non vocantur imbecillia sed obnoxia fluxionibus, idè de his loquens suadet altioribus membris obnoxiiis in partibus

FFF contrariis

contrariis exercitationem obeundam : non ita præcipit vt omnino abstinemus ab altera sed vt diuersa parte maior sit ac lógior: sic enim pars firmatur & nil trahit ad se non fatigatur, non laborat, non calet, quæ tria sunt in quacumque partis exercitatione, aut obnoxia morbo aut imbecilli deuitanda. Inquit. Hippocrates labor articulis & carnibus scilicet confert seu utilis est, vt etiam ibi exponit Galenus, hoc autem quod est per se vtile semper conuenit, nisi à causa validiore prohibeatur.

CAPVT XII.

Podagra an vitilis producenda vita.

Quod podagræ aduentus moderatæ non coferat, dum vitam sobriam & continentem ducimus, ad longitudinem ipsius dubiū non est, & quæritu indignum, at finges duos homines in omnibus pares, præterquam in latitudine virium vtque exercendo & edendo præposterè vnus podagra corripiatur alter non: dicimus si non minore morbo alter laboret vt pote scabie hæmorrhoidibus, podagrosus diutius victurum. Id ergo cum planum sit atque alia huiusmodi, queramus rursus an si podagrosus tanto imbecillior sit quantum est quod medium interiacet morbo si habitus, vt pote A. B. robur podagrosi paria vt dixi cætera præter meatuum laxitatem, C. D. latitudo perfecta incolunitatis, à qua abest podagrosus: E. C. latitudine cuius dimidium sit E. F. habeat quispiam latitudinem sanitatis D. F. hic non laborat podagra, tum quia artubus strictis magis, tum quia robustior atque proximior incolumi nature. Querit vtregi lógior vita dignus erit: sane si bene vtatur regimine qui D. F. simulo A. B. Et hoc videtur cõsentaneam his quæ dixit Galenus



11. *Ariss cur. c. 20.* Sed enim quid mirum cum etiam podagrosi vita aliquantò felicior videatur incolumi modo non ad modum torqueatur: quoniam natura nostra mutatione adeo gaudet, à frigoribus brumæ calor æstatis ac vicissim, tum quia comparatione omnia cõstant adeo vt multi adeptis lucrâdi modis cum antea non cogitarent, nec tamen haberent vnde vitam ducerent facti sunt tristiores, cum victus suppeditaret duntaxat eo quod alios animaduercerent plus lucrari: tantum potest error in nobis. Quemadmodum enim limax & lapis tanto minus sunt infeliciores equo & homine si in calamitates decidant quanto antea felicitate ab illis superabantur, ita de podagrosis ad sanos paratis dicendum est. Sed hæc parterga.

CAPVT XIII.

Cur podagrosi maiorè in gustu sentiant delectationem quam sani, & magis incontinentes.

Cum alia voluptates desint podagricis relicta ea sola velut & pauperibus conuiuia maiora videntur, tum quia etiam magis mentem adhibent, & singula diligentius explorant. Appetunt etiam magis cibum adueniente declinatione idest dum defluxio cessat, quoniã corpus euacnatur citra noxam naturalium membrorum: quod in fluxibus venis fieri non potest. Abstinencia præterea præteriti temporis cibi auidiosiores reddit: & quicquid offertur suauius videtur, & desiderant antequam habeant, & oblatum auide recipiunt. Sensus illorum sunt magis puri & idè melius diiudicant & sentiunt sapores & odores ciborum. Quos longe maiore diligentia obmisericordiam præparere solent coqui astantes ac ministri. Deligit etiam sibi quod maxime placet eger, cum in aliis morbis medicus ob metum vitæ qui hic non adest præscribere solet: in sanis autem etiam aliis dum consulimus non profus solius cibi, cum aliis possint frui voluptatibus ratio haberi solet. Quod vero incontinentes sint podagrosi non miram, primum sis conuenteris sermonem, intelliges causam: nam incontinentes ob incontinentiam cum fiant podagrosi, necessario sequitur plerisque ex illis esse incontinentes, cum pauci admodum modesti in victu podagrosi efficiantur. Tedium quoque morbi & paruum commodum explendi voluptatem dum laborant, sublatique metus mortis aduertent incontinentiam & licentiam, cum conualuerint, vel saltem remissus fuerit morbus.

CAPVT XIV.

Hippocratis cura.

Conducit adhibere qua parte dolor chæret frige factoria & quæ in sunt ex aluo subducere per clysteres aut glandem subditam. Ad sorbendum verò & bibendum dato quodcumque tibi conducere visum fuerit, si verò dolor intus fuerit phar-macum infra purgans bibendum dato. Et post hoc serum coctum & alminum lac. At si in digitis dolor relinquatur venas paululū supra articuli nodum in digito inurit. Hæc prima cura. Alia huiusmodi. Abscessus introtrito aqua diluta cataplasmatis modo integito & tribus diebus non lauato, vbi vero laneris rorsum nitrum subrumperudum cum modico melle terito, & hoc semper vitior Hæc summa in qua

CAPVT

CAPVT XV.

De curis dubiis & de occasionibus conuenientibus ac necessariis.

Conueniant etiam si bonæ sint, si non conueniant aut *τρίαινας* non adhibeatur, obfunt: charta superinperfo puluere statim & derasa, inde siccata quadrante horæ & cerusa superlita digito tam teniter sed sæpius vt penè color solus relinquatur, inde tenui penna adhibita post aliud horæ quadrans si attramentum benè nigrum sit, nec vestigium prioris scripturæ retinet, nec diluit nec quod derasa sit apparet: eadem his omnibus obseruatis paulò minus diligenter mendum retinet.

Ergo quid intersit operari *τρίαινας* ostendit vel minimum exemplum in scribentibus acie aut ventre vel medio latere pennæ: neque enim eiusdem scriptoris literæ videntur, & aliæ non spargunt in derasa, aliæ spargunt in non derasa. Sectio ergo venæ (nunc ad solum morbum non ad hominem ægotantem respicio) conuenit, refrigerat enim retrahit euacuat: eadem attenuat sanguinem vt magis etiam & concitatus fluat. Purgatio auerit sanguinem meliorem reddit: eadem appetit meatus vt plas & facilius materia fluat. Catapalmata mirum in modum leniunt dolorem, concoquunt, aperiunt cutis meatus: eadem etiam calefaciunt. Frigida obtundit, dolores repellit refrigerat. Nocet tamen nervis, & materiam ad membra principalia trudere potest. Quæ stuporem inducunt dolorem sedant & idè fluxioni opportuna & vires dissolui non patiuntur: eadem tamen debilitant partem ipsam & eam motui ineptam reddunt. Inedia confert omnibus morbo causis symptomatibus, attamen vires minuit & persæpe calorem accendit. Quid igitur, agenda ne sunt, an non? Adeo certè periclitamur in ipso sine: an curandus sit æger & sanitati restituendus prorsus nec ne! aut solum quantum fieri potest cauendum vt futuris in posterum occurramus accessionibus? Duos qui nostrâ ætate vixerunt agnoui Scipionem Vegium medicum, & equitem Cātaneam, qui curati intra biennium suum obierunt diem. Et ratio non est adeo obscura: nam cura eius morbi necessario fiet vel prohibito desinax, at nullibi poterit securius desinaxi quàm ad articulos. Crassior enim est quam vt possit in scabiei species verti, & tenacior quam per fontes educi, idè retentam aut expugnabit vitam aut quod minimum omnium malum est superantibus viribus redibit ad eadem loca damno certè maiore quàm antea, nec vilo modo licebit purgare vt supra commemoratum est, propter causam venarum iccoris sinæ ac gib-

Tom. I X.

bæ. At si prohibere velis generationem permutanda omnino erit temperatura in siccitatem æqualem temperiei contrariæ & imbecillitati caloris, propterea benè dixit Hippocrates. Podagra non sanatur nisi in ætate incrementi antequam contraxerit trophos & in hominè libero vbi liceat illum traducere ad alium lenitatem scilicet constantem. Omitto iam quod non possumus certè scire quando & quo tempore purgandus est æger. Emplastra quoque quæ materiam ex profundo auocant tunc maximè proderunt, dilatant tamen meatus & dolorem ingentem mouent, salis tædium hoc habet etiam coniunctum vt materię locus exisus non detur, benè fecisset inquam Paulus si quo materia tendat tam operoso auxilio admoto aperuisset. Ergo vbi cura coacta sit: alterius scilicet negotii magni peragendi causa, vt maximè in castris accidere solet, quamquam homines non minus imò multi plures naturali quodam vt opinor genio ducti, priuati commodi causa sui potius quam publici obliuiscantur, vt merito dicere possis.

Quis rogo nam furor est, ne moriari mori?

Tum omnibus auxiliis serio intendendum, an ergo quod ad accessionem illam attinet, lectio venæ utilitatem allatura sit ex regulis communibus & generalibus condisce. Si enim citra totius plenitudinem sanguinea sit podagra euacuabis: si dolor immentus etiam; si neque horum trium nullum, si tumor & caliditas magna etiam secus non: nam si tumor magnus & parua caliditas, neque sectione venæ, neque purgatione opus est. Si caliditas magna, sed non tumor purgatione bilis, è genere enim est erysipelatis: catapalmata lenia & frigida, in his qui tu morem habent magnum calorem exiguum (imò potius vnguenta frigida) locum habent. Frigida aqua ab initio commune auxilium est ex Hippocrate ac Principe, vt in superioribus visum est. Quæ si non contulerit vt ad morbum dumtaxat, tum respicimus, absque prolixiori mora transibimus ad narcotica. De curandi ratione non suaderim nisi sit adolescens. Nam simpliciter insanabilis morbus non est, vt visum est ab Hippocrate quod etiam Plinius, & id quidem rectè sentit, dum dixit insanabilis non est credendus, quippe quoniam & sponte desinit & in pluribus cura. Quod verò magis mirum videtur eum morbum vniuersæ Italiæ peregrinum & nouum etiam refert. Et memoria patrum suorum rariorem, cum tamen minime sit lethalis nedum contagiosus: causa est quod nulla ei prorsus est immixta putredo, omne autem contagium à putredine quia aliter non propagatur. Ergo facinorosi, & sceleratissimi medici esset vt iniuisse videris hominem fidei & curæ tuæ concredidit in extremum discrimen vocare vitæ. Itaque & de sale non video magnum lucrum:

lucrum : nam si in scabiem materia verba fuerit periclitamur, sin conuertatur quam commodum erit perseverare in salis vsu: At de vsu aquæ ligni alias satis dictum est: Auxiliorum igitur quædam per se profunt, quædam etiam ægris, alia non his, vel non hoc tempore.

CAPVT XVI.

De his quæ podagram mouere solent: Et de materia iam genita an concoqui possit, Quæ commodior sit illius distributione. Et signa illius. Et unde calor.

ORdo quoque in illis est: quædam enim statim, & vt ita dicam eam commouent prompte & vehementer, alia si diu in eis perseveremus maiorem: alia promptè sed non magnam: alia ad eam longo post tempore præparant, alia solum sunt mala: Dicemus autem de simpliciter aduersis causis, inde mediocribus demum minimis, atque ex his alia genera perdiscemus. Causæ principales igitur, & illarum prima est eum fastiditus cibum assumit maximè plurimi alimenti aut cum cibo vinum potens, nam præter id quod causam adauget, signum est etiam per se superuenturæ podagræ. Aliud est cum quis parum dormiens multum edit ac bibit, cibariaque plurimi alimenti deuorat præsertim aluum astrictâ habenti Tertium est venus importuna & laboriosa & à cibi repletionem. Et si quis ambulet donec pedes fatigentur incalescant, & etiam magis si doleant, deinde plurimum sumat cibi copiose alentis. Et si à contusione aut percussione aut luxatione pedis sumat plurimum cibum & qui multum nutriat, & præcipuè crudum. Sextum si plurimo assumpto cibo, & magis etiam si vino potenti superbibito exerceatur iuxta membri obnoxij partem. Quod si multa ex his iungantur velut à multa venere cibis intemptius, & ebrietas ex potenti vino inde intemptiua exercitatio. Et si ob lapsum renum quis repleto corpore vehementer aperientibus vitatur. Solec enim etiam insuetis nouam excitare podagram. Velut quæ ex semibus medicamenta componuntur, & oleum ex lini semine, & vina exhibita potentia & frictions. Demum in consuetis oclusa fistula, sanare hæmorrhoides, suppressi menses diuturni, circuitus, vomitus prorsus sublati. Minus principales causæ sunt quies in alueto exercitatio: Esus ciborum multi alimenti præter consuetudinem & præcipuè tenuioris substantiæ. Item transitus ad aromata, & vina odorata tenuia & in multa quantitate, Venereorum importunus ac longus vsus, fructuum acerborum copia. Vel qui minimè aluum aut vrinas cieant, vt acidorum cerasorum, & præcocium seu chrysolmelorum & fructus omnes acidi saporis, & poma etiam cocta præcipuè cydonia seu cotonca, & arantia vo-

cata & simunia. Cardui quoque generant podagram quia aperiuunt prouocant & alimentum gignunt quod concoqui non potest. Forlan quis quærat an vt fructus acerbi sunt deteriores multo maturis, & adeo præui, herbæ tenuiores etiam deteriores sunt adularum plantarum foliis? tum maximè cum constet minus ad omnia efficaces, nam lactucellæ somnum non conciliant, neque cauliculi nouiter nati, radice læ mordent linguam? Dicemus ergo quod minus possunt, & minus etiam concoctæ sunt, & ob id deteriores suapte natura: sed quoniam teneriores idedque facilius coctionis, ided melius præstant alimentum. Vbi ergo multitudine aut ob motum aut vigiliam, aut imbecillitatem ventriculi coctio frustretur nouellæ deteriores sunt, secus minus noxiæ. Vfus etiam vinorum crudorum & tenuis substantiæ non omnino aquosorum est per se sufficiens. Exercitatio quoque valida in repletis præcipuè insueta podagram excitare solet. Multus vsus medicinarum & præcipuè à longe trahentium, etiam catapotiorum podagram conciliat. Quæcumque verò exacuunt humores, & illos attenuant aut calefaciunt immodicè aut mouent ad consequentia, velut purgantia & diuretica aut articulos excalefaciunt, aut dolorem in eis excitant: aut cruditarum sunt causa aut statum gignunt, omnia faciunt ad podagræ insultum & quæ id mala sunt. Materia autem genita cruda & permixta ichoribus calidis tenuibus etiam insuetis podagram pati, si tamen contineatur in præcordiis nec dum mota sit concoqui potest, Vt Duodecimo Artis curandi, & Primo de Differentiis febrium. Mota verò ex illis locis difficulter sanè & nonnisi cum summa quiete & exquisita inedia, sed si ichoribus calidis præsertim admixta sit multo minus. Cum autem iam moueri cæperit prorsus non est spes. Vnde calor ille in articulis accidit tunc ex metu. Calor enim naturalis accenditur dum mouet. Et hic semper adest: quod si ichor etiam calidus sit etiam maior loci caliditas sentietur, maximum verò necesse est percipi cum humor ipse fuerit biliosus, tunc enim calidissimus erit locus. Signa ergo motus, materiæ iam incipientis sunt fastidium ventriculi, deinde grauitas, inde dolor leuis post calor, inde grauior dolor, demum tumor, dolor calor & grauitas, tuncque perfecta erit podagra.

Distributio autem sit commodi per aluum inde per vrinas aliquando per vomitum, nonnunquam per hæmorrhoides, sæpius per pruritum, rarissime per sudores quoniam vna particula laborat tantum & frigida, & materia multa est & crassa. Quocirca etiam alui deiectio & ad sanationem, & ad custodiam melior est euacuationibus aliis, & huiusmodi morbis: quoniam per illam serosa etiam ac tenuia & ichores, & materia vrinæ, & acris purgari potest & solet, ac per vrinam feces quis vnquam excerni vidit, cæpropter aluum mollem esse vult Hippocrates, & inter signa salutis tanquam

quam causam enumerat. Ita hemorrhoides ab initio, post autem pruritus atque tubercula signi & causæ bonæ rationem in podagra habent. Verum quod est optimum ex permutationibus sunt vicera propinqua loco.

CAPVT XVII.

Cur à cibo melius habeant agri? quantum status erumpens iuuet? Qualis sit dolor? An materia tota ab initio, cur magis sub vno statu, quam alio doleat eger? De auxiliis.

Rationi consentaneum est minui dolorem statim assumpto cibo, tum quia calor ad ventriculum contrahitur: vnde vapor qui perpetuò gignitur (hoc autem est inditium) decidit & vires etiam instaurantur. Vt contra coctione procedente quod plerumque accidit à tertia hora, si mediocris sit cibus dolores & molestia augentur. Cum verò status generatio non solum in particula, sed etiam in intestinis dolorem augeat, adeò vt erumpens per inferna interdum quasi è loco ipso prodiret cum alleuiet. Procurandum est molli aluo vt non generetur, & genitus statim prodeat, & vt alius molli perpetuo sit, mirum enim in modum hoc toti ac parti vile est & ad curationem ipsam: Id autem maximè agunt origanum & Italicum quod est temperatius, licet minus Cretico efficax, & pulegium etià melius: his duobus itaque in ferculis soleo vii. Et quanquam origanum damnauerit Hippocrates tanquam inimicum dentibus & visui, forsan de Cretico & orientali intellexit. Huius autem causa pulegio solo vt innoxio vtor, tum præcipue quod auocat atram bilem. Et calorem naturalem fuet & vires instaurat ac ventriculo infert. Ex frigidis autem quæ statum discutiunt non cognosco quid opportinius Berberis, sed ex cognitis Galeno coriandro. At licet etiam pulegium ipsum frigefacere sapius in aceto insulum aut omphacio aut granatorum vino ac siccat, licebit & cum vrget ne mora interponatur glandem ex cumino supponere. Dolor enim cum sit extensus plerumque est à statu, cum verò etiam ab eo fiat poterit ex pungens esse, & mordax. Dixi etiam quid ex multitudine & crassitie grauare poterit sed huiusmodi dolor non multum lædit sensum nec facile exacerbatur: nihilominus (quod valde mirum est) magis pro magnitudine vires quam alius quibus debilitat. Causa est illius perpetuitas. Est enim indefinens. Et quoniam ad perpetuitatē tendit. Tota autem ab initio præparatur materia velut in cæteris morbis. Et si Galenus existimet illum in dies generari: non tamen tota transmittitur, sed in dies singulos & præcipue per circuitus plerumque etiam tertianos, ichorenim huiusmodi præualet. Verū quicquid peccatum fuerit in coctionibus

ipsis circa cibos illi adiciit, non quia necesse sit generari in singulos dies, nam & abstinentibus prorsus à cibo ingruunt tamen accessiones ipsæ. Dolet autem magis æger sub vno situ quam sub alio, licet locus idem afficiatur, & materia si eadem numero & multitudine, vel quoniam magis tenditur, quod est iam tensum, vt in tendonibus, vel quoniam magis prægrauatur dearticulatio, vel quia distorquetur quod commune est ambobus, vel quoniam locus magis incalescit, aut demum quoniam situs is consuetudini aduerfatur, propterea pulsibus & altantium auxilio procurandum est leui motu ac variatione membri vt situs optimus inueniatur atque adaptetur, sic & de qualitate, nā quibusdam magis frigidum confert, vt cum materia fuit adhuc & calida fuerit: quandoque tepidum vt cum frigida est & æruea sola pars aut maximè laborat, quandoque feruentia vt cum materia fuerit loco profundo, & valde exanguis.

CAPVT XVIII.

De vsu perpetuo quorundam. Et his quæ optima sunt.

Accidit autem vt multis persuasum sit iuxta Hippocraticum illud. Quæ longo tempore extenuantur corpora, lente reficere oportet, vt existimantur annuo vsu alienius medicamenti vt dictum est exterius de sale & oleo ita intus Diacoralij vel carniū capreoli leporis, aut herinacæ, vel vulpis, vel abstinentia à vino, vel potum, quorundam loco vini perpetua consuetudine posse ægotantes liberari. Scripsit Plinius brasicæ vitum si edatur, & ius eius perpetuò bibatur, liberare hominem à podagra quod verum esse existimo, modo in reliquis iudicandè viuat. Alia sed medicamenta potius in eandem sententiam commemorant Alexander Trallianus & Paulus Aegineta. Et Princeps videtur sentire de vomitu frequenti: & de vsu ossium humanorum, & hiera Hermete, & oleo viperarum. Et ratio id suadere videtur: cum enim medicamen iuuat valde ex vsu eius corpus transire in contrarium habitum, veruntamen obstat ratio quæ superius dicta est. Quare concludo quod in his qui crescunt, aut quibus morbus pro morbo lentore commutari potest, vt in vicera aliqua vel si patiens vtatur optimo regimine victus, aut vt singulis annis maximè in vere reperatur, velut vsus hiera Hermetis: in his casibus poterunt liberari: in aliis non, sed poterunt videri curati, cum morbus alius podagram præuenit ex quo intereant.

CAPVT XIX.

Quomodo Quartana præferuet à podagra.

Dictum est quod hæmorrhoides præferuant nonnunquam à podagra. Idem autem accidit à Quartana vt visum est in Illustrissimo Cardinali Corrigio annum agente sexagesimum secundum. Id accidit quoniam primum materia podagræ in Quartanæ materiam putredine aut per exustionem transiit: contingit & moderatiõne victus. Tum verò ipso calore febrili partim absumente, quod tenuè est, partim attenuate quod crassum est vt exunde à calore naturali partim consequatur, partim digeratur, atque eadè ratione febres erraticæ & Quartanæ præsertim prohibent affuetos morbos, qui per circuitus accidunt ne euentant: vt si sufficiat solum id, vt materia vtrorumque sit eadem vel vt vna in aliam possit transmutari. Et podagra quidè superueniẽs iam assuetò laborare podagra, illius materiam vt dixi ad se conuertit, & ipse morbus partim digerit, partim concoquit siquid residuum est. Et podagra vicissim quartanæ superueniens, si non ex nimia plenitudine aut errore aut vi aliqua accidat, dum materiam febrili subtrahit ne aduratur, soluit morbum. Eadem quoque ratio in aliis.

CAPVT XX.

Auxilia quadam & animadversiones ex Paulo & Aesio ac Rasi & Priscip.

Rasis inquit dolores fieri ex vaticibus inter dearticulationem & dearticulationem podagricis similes, quos locos distinguit: quia podagrici sunt in ipsis articulis & valde prope. Eius verò que est vera podagra multæ sunt species à qualitate, quia quædam est vehementer calida quædam vehementer frigida, & quædam in qua neque calor neque frigus manifeste apparent. A loco si enim incipiat à pede, alia incipit ab vno alia ab vtroque simul, & quæ ab vno, alia à pollice pedis, alia à calcaneo alia ab inferiore parte pedis, (maxime domestica vbi sæpe æger sentit quasi ossiculum à carne separari, & hoc accidit quoniam trahuntur tædones illius quibus annectitur aliis articulis & ossibus, vel etiã musculus breuis inter duo ossa iacens) Et consensu: nam quarundam dolor inquit ad tibiam usque & genu & vesicam & etiam ventriculum ipsum peruenit. Alia etiã est in qua ca-

lor partis affecta mutatur: alia in qua non. Et cum mutatur si in album est à pituita si in flauum à bile, si in rubrum à sanguine si ad nigredinem tendit à melancholia. Dico quæ à pituita est longa & mitis, quæ à bile breuis & acerba, quæ à sanguine media est in vtraque, quæ à melancholia longissima & minoris doloris quam à bile similis ei quæ à sanguine, sed locis frigidus est, quæ ab atra bile longissima & atrocissima. Causas dixit esse omnem immoderantiam caloris, frigoris, repletionis, motus, quietis, veneris, vigilia, tristitia, & à causa externa vt dixi. Fit etiam maxime in constitutionibus ventosis, & perseverat dolor in temporibus humidis etiam quod podagra cellauerit. Balneum quoque vel quod quis genitus sit à parentibus vel maioribus podagrosus, ebrietas autem est causa valde potens. Et podagra pedis vix sanatur vt articuli maneant absque offensa, alij autem sanantur omnes nisi immoderata, & præter coxendicis dearticulationem. Temperaturarum autem pronior ad podagram est sanguinea inde biliosa, aut quæ abundat humoribus crudis, licet alij hos falso proniores illis ad hunc morbum existimauerint. Et retulit ex Galeno quod dolor podagræ mitigat colicam. Et carnis copia in eadè generat podagram. Et chitagra fit ab humore calido ferme semper, semper sane à calidiore quam podagra. Podagra autem membrum refrigerat, cuius indicio est quod membra podagrici longo tempore patientis tremunt, sanantur autem difficiliter carnosius macilentis, frigidi calidis, & in hyeme quam æstate. Et in sinistra parte quam in dextra. Et quamuis vena sciatica & saphena ab eadè oriuntur sub genu, tamen exterioris sectio in morbo exterioris partis est multo vulior quàm interioris. Et ego hæc adluxi quia vera sunt, quorsum enim falsa transcribere vt decipiantur lectores, aut ea oppugnare vt fiat iactura temporis. Paulus autè inquit *de podagra seu articularis morbus est, cum materia in omnes corporis articulos compulsa fuerit. Quo etiam nomine intelligitur, cum vertebrae, humeros, maxillas, aut alium quemvis articulum comprehensa fuerit. Nonnulli verò aures, dentes, guttur, & nonnunquam iecur lienemque articularibus doloribus obtineri pronunciant: à quibus nisi subito vitium in artibus depellatur brevi tempore laborantes occupat.* Inde transit ad victus rationem, quæ cum in sanguinea præscripta sit in omnibus communis est, vt per ea fiat quæ parum nutrant, atque extenuant ob id corpus, vnde à carnibus & vino nigro & leguminibus abstinendum. Et mihi quidem aridet vt parum nutrant, sed & vt crassi sint alimentis placet, ob id carnes ablegauerim. De leguminibus existimo magis deuitanda vt flatulosa quam vt multi alimenti: Communis ergo ratio est, vt si contingat nutrite ægrum seu ab initio accessionis seu iam declinante morbo, seu sanitatis tempore vt semper contraria & quæ statim non gignunt, & pauci alimenti

alimenti cibaria exhibeamus. At facilis coctionis etiam semper, non tamen tenuis sed duntaxat tenui conuenit cum morbus iam declinauerit, nam ab initio vel ad custodiam crassus tenui melior est, præsertim calidis. Porro transit ad excusandum illam medicamentorum ac cataplasmarum multitudinem inconditam & obscuram his verbis. *At in quibus obscura morbi est origo & in illis satius est semel hæc experiri, modo ad consimilia transfrediendo modo contrariis pugnando.* Pudet me audire hæc dicentem, sed excusandus est, cum tot sint huius morbi species vt paulò post dicemus. Ergo inter ea quæ faciunt ad custodiam ab hoc morbi genere & similibus. Primum illud est quod pituitosis maximè & solis conuenit. Diatesaron appellatum Chamedryos partes xij. Gentianæ & aristolochiæ rotundæ singulorum partes xj. seminis rutæ siccæ sextarius. Et est propè pondus illorum, non ad uncias vtrunquæ redactum parum differt quòd lenius sit. Datur Cochlear per annum. Si ad dimensum reducatur erunt uncia xlv. quare vt dixi rutæ semen ℥xij. fermè. Aliud huiusmodi ex coronopodio Agarici scrupula x. radices coronopodij ℥vj. sem. Cnici absque cortice ℥iiij. Gingiberis ℥ij. pipetris ℥j. Quantitas est ℥iij. pro vice. Inde etiam subicit pastillum. ℥. thunis S. Alterci an. par. iij. Terræ samitæ coralij minij sinopici opij an. par. ij. amyli balausiorum an. par. j. excipe succo polygori. hoc volui dixisse ne deciperetis. Est enim fors potius applicandum, nec dicit cui morbo. Et per coralium lapidem in mari ortum intelligit. Subiicit autem quòd medicamenta huiusmodi quæ per annum solent exhiberi vt in pituitosis sunt vtilissima, ita siccis corporibus perniciofa. Purgantia verò medicamenta sunt catapotia ex lapide armeno quorum descriptionem ponit propè diacoralium, loco eorum his quæ constant ex lapide lazuli vt possumus ratione & experimento non valde differente. Aha valde bona in his qui ex crudo humore agrotant: colocynthidis veratri nigri Aloës Bdellij Gummi an. par. ij. nitri Alexandrini Euphorbij an. par. j. Dentur ℥iiij. Dicit se loco Gummi Epithymum admiscuisse. Exterius autem applicatur cerarum ex torpedine pisce. Aliud & est Physicum & bonum Thimus. Organum calaminta in aceto quàm acerrimo cocta, & ex aceto illo irrigare dearticulationem patientem. Tertium valde bonum. Hienam (non enim sunt aded raræ vt creditur in oriente tamen) vel vulpem cum supra dictis & aliis egregie diculentibus velut arthemisa asij flore, & quæ maximam vim in hoc genere possident, & si vna non sufficit duæ aut tres in olei libris centum coquere donèc ex nuper mactata tota dissoluantur, & ex eo balneum toto corpori, si totum corpus plenum sit facere secus parti illi (huic autem semper) dicitur autem per poros & cutim totam plenitudinem, & temperat inflammationem: vnde dolorem sedat: ac articulos ipsos confirmat. Verùm quoniam vel ex narcoticis vel vehementer refrigerantibus, aut etiam adurentibus medicamentis topici in articulis generantur siue omnino

corpus nimis plenum sit, sen podagra ex humoribus & præcipue crassis aut lenis fiat, ob id topici dum sunt mollia conueniunt, & vlcera profunda procurare bonum est nulli parcentes negotio. Factis autem iam calens vetustissimus atque acerrimus non solitus cum suillæ carnis præpinguis ac veteris decocto, nam sponte dissoluitur & virus emanat inde gypsea durities per frustra cadit: oportet autem crassum eiusmodi esse bubulum & qui cum toto butyro factus sit.

Aëij verò sententia est primum ne aqua vel oleum admoveatur pedibus quod de tepida intelligendum est: sed in custodia & vere & Autumnno consulit antequam adueniat mittendum sanguinem & copiosè. Et sitimeat præuenire. Et etiam à cibo assumptio maximè si descendit: Et certe hoc est consulere morbo non forsan aded agrotanti. Mittit autem ex brachio si in cute, ex pede si in brachio. Et si dolor post perseverat etiam ex ipso membro. Semper autem in brachio iubet in iecoraria arteriam, in cephalica neruum obseruandum. Quin etiam exemplo docet quantum venæ brachij sectio iuuerit in pedis inflammatione. Aliud maius quod consulit, venas quæ tumet in podagra nõ secus dicit quam in variis excindendas: quod vt verum est ita eide conueniet quod dixit Hippocr. 6. Aphor. 1. 2. *Adiuturnis sanato hemorrhoidibus, & quando magis cum hac violentior sit.* Quod si articulus imbecillis ex infusione reddatur enim exuri oportet. Et licet nim vlcus sit ægrè sanabile in postero tamen vbi conualuerit multo robustior euadit quàm antea foret. In vniuersum vsque ad sydera extollit pharmacum externum ex croco ab initio in medio in fine, & est Philagij quin potius Picarum appellari meretur. Picis arida lb. octo, ceræ libram. Amoniæ libram mediam Croci ℥ij. Thuris ℥iiij. olei rosacei libr. 1. mediam Galbani ℥iij. Aceri albi acerrimi ℥ix. Cera oleum acetum simul calefiunt donec cera liqueat, inde excolato & addito reliqua inter quæ cum spicem non connumeret suspicor additam, tum ol. id quod neque fieri possit in tanta quantitate medicamentum nisi aridum postquam esset refrigeratum. Et vis reliquorum prorsus extinguetur, nec merito crocini nomen indipisci permisset. Dicit & rectè quod quidam post Philagium addidere opij ℥j. quod in tanta quantitate picis nullam reuineret vim, nam peruale est. Post subdit quod si æger non patiat sibi miti sanguinem, nec exhiberi pharmacum, melius esset vt in tales non incidereamus. At forsan melius ægro persæpe ne in huiusmodi medicum. Consulit tamen bene vt vitetur inedia & clysteribus, nec validis sed moderatis. Post subiunguntur emplastra quæ trahunt vesicam excitant & vrant quæ putat post narcotica adhiberi oportere. Ego verò & ab initio cum in profundum permeat materia. Eiusmodi est succi Thapsiæ ℥j. pipetris ℥iiij. Adarces canchreos Euphorbij recentis an. ℥iiij. Staphidis syluestris Pyretri an. ℥j. S. Terebintinæ ℥ij. Ceræ ℥iij. olei cyprini

cyprini lib. vj. summa præcedentis medicinae septem huius x. Alia aliquanto validior tantundem medicinarum. Adarces ceræ, piperis pyretri euphorbij (atque in his quinq; conveniunt licet non in pondere :) Castorei Helenij niri Gingiberis pares singulorum portiones, olei Irii quantum sufficit. Peros propinat quæ somnū conciliant vt pastillū ex seminibus & qui vocatur triangularis à forma. Est autē descriptio huius apud Paulum eiusmodi. ℞. sem. Alterei. i. Apij. an. ℥. ij. Anisi ℥. i. opij. ℥. iij. cum aqua confice. Alterius autem sem. Ameos Anisi fœniculi an. ℥. ij. sem. Apij. sem. Alterci opij an. ℥. j. cum aqua eodem modo.

Ratio victus in biliola quæ siccet & refrigeret velut sorba & mespila, manifestum est autem quod huiusmodi etiam parum nutriunt: quanto minus ergo convenient ova & carnes: sed conveniunt papaveris & lactucæ semen quia conciliant somnum: tamen si humida esse existimet. Vt vero distorti iam sint articuli apponit malagma Galeni ad canis rabidi morsum, quod recipit pitris bruvia par. iij. apoponacis par. j. cum aceto acerrimo confice in formam emplastri. Aliud mirabile inquit foliorū sidericis ceræ an. par. l. Rafani. c. styracis par. x. thuris & nutri sing. part. iij. Mannæ pars. v. sicca terito, humida liquefacito atque inuicem misceto, puto mendum esse in ponderibus vt in plerisque, nescio an vitio authoris an libratorum, an interpretis an impressoris. Iuvat etiam cum cessaverit irritatio dicit quod & verum est, ad faciliorem & compendiosorem sanationem vlcuscula ferro insingere, certe etiam voluptatem si ritè fiant allatura. In biliola quoque exhibet ab ipso initio cyclaminis radicem quod sudorem cieat. Vtitur quoque vnguento marciarum cuius descriptio est eiusmodi. ℞. styracis optima ℥. iij. medulla ceruinæ ℥. ij. Masticis ceræ candidæ & puræ an. ℥. ij. therebentinæ balsami an. ℥. j. olei omphacini. Vnguenti nardini an. ℥. ij. cum styrace: optimum ballamum imbibito in mortario tundendo, quæ liquari possunt liquefacito, & in ipsa immitto styracem cum ballamo inde pistillo cuncta cogito: est n. acopon singulare & verè bonam. Aliud quod solo experimento constat mirabile inquit. Asphodeli radicem in superficie derafam & contusam in sufficienti oleo coquito percolato, cui modicum styracis adiecto, quo eliquato addito (scilicet tantundem) succi lycometri & vitior. Aliud ceræ & colophonis singulorum ℥. iij. succi seminis lini ℥. ij. Adipis asinerini ℥. j. therebentinæ ℥. xiiij. olei omphacini ℥. v. thuris ℥. j. l. Ammoniaco ℥. i. lactis bubali ℥. xiiij. Alba ouorum quatuor ac recentium parviorū aut diu iam natorū quinque. Ammoniaco & thus lacte & succo sem. lini excipe & terito, cui adde candida ouorum: cætera liquefacta addito & misceto. Vnguentum ad omnem artuum morbum atque dolorem, acopon ex ruberis: Radicum cucumeris anguini viridis, olei an. lb. vj. Rubetas viuas magnas num. vj. traiectis pedi-

bus ex filo in oleo suspensas tam diu excoquimus, donec flaescent, inde his extractis radices cucumeris incisas addimus, & tandiu coquimus donec dissoluantur. Demum his abiectis & excolato oleo addimus ceræ medullæ ceruinæ, therebentinæ an. ℥. vj. misce & serua in vitreo vt prius in lignea pyxide. Cōstat hoc inuentum quadam ratione, postquam sonat vnde quaque numerum eandem. Cognitum autem est mihi proprietatem inesse. Additur in olea etiam hyenæ ac vulpecularum ad maiore discussionem herinaceus vituus. Facile parabilia. Terra nigra quæ in lenticula præsertim inuenitur cum aceto trita. Ad genus podagram proprie scobs marmoris cum rosaceo mista. Aliud ad podagram arcanum. Ciconiæ sterco cum pari axungia porcinae pondere. Et etiam sterco caninum album cum aqua calida dissolutum. Aliud pro diuitibus. Māmeram aqua maceratam tere, & illine aut impone. Ad tophos Galenicum auxilium Pomorum mandragoræ solam carnem terito, cui affundito ceratum ex cera & adipe suillo paribus ponderibus adiecto liquefacta scilicet.

Purgatis etiam humoribus crassivac lentis exquisite propinat carnem viperarum non marinarum abscisso capite & cauda & cum sale coctarum velut anguilla solent, anetho & oleo additis. Oportet etiam esse parum ante captas & iusta magnitudinis: Et si recto capite in Sole edantur melius erit: pruritus. n. & pediculos etiam nonnullis excitant & per sudorem morbi reliquias euacuant ac corpus siccant, & ad contrariam podagrico humore naturam trahunt.

Antidotum magni vsus trislaginis ℥. ix. centauræ ℥. viij. Aristolochiæ rotundæ ℥. vij. Gentianæ ℥. vj. comæ hyperic. ℥. v. petroselini ℥. iij. Mei ℥. iij. Phu. Agarici an. ℥. ij. mellis ℥. iij. trita cribrata cum melle in pastillos digerito, quorum vnus cum ℥. ij. aqua calida sumitur, inde melius est deambulare. Bibitur per annum & totum corpus extenuat sensus claros reddit: solis tamen humidis conveniunt.

Principis autem peculiaria auxilia sunt hæc. ℞. Aloes ℥. j. Euphorbij & niri an. ℥. i. confice cum succo caulis, adducit. n. per vomitum. Emplastrū quod concoquit & resoluit. Ammoniaco calcis niri visci an. partes æquales. Et pleraque horum dissoluntur eū aceto acri. Est & Andreæ malagma quod etiam extrahit infixa & ossa corrupta, & oleum de costo vel rosaceum cum colocyntida decoctum donec aqua consumatur, & oleū decoctionis viperæ. Et oleum vespertilionis. Et aceti suffusus eū sexta parte s. rutæ sylvestris, & in feruida Psilij mucilago cum oleo rosaceo. Et succus extremitatū arundinis humidæ. Et cum quis renouat auxilium diu seu calidum seu frigidum ferme semper sanat. sed caue ne aliunde oblit. Et ei qui non potest ambulare oleum è floribus trifolij quod est valde odoratum & conficitur in syria potum & inunctum.

CAPVT XXI.

Distincta enumeratio specierum podagræ.

Porro vt singillatim rem modo doceamus, cū sint podagræ genera iuxta materiam varietatē tria: alia enim est in humoribus alia in ichoribus & tertia in vaporibus, totidem erunt etiam genera eius ita intelligendo, vt in singulis horum vnū ex his prædominetur non vt sit solū. Velut alia podagra est in qua ichores dominantur, alia in qua humor, alia in qua spiritus, cū tamen in omni podagra humor ichor & spiritus necessariō ad sint. Propriā eius quæ ex humore est pondus, & vt non facile dissoluatur, & topophum gignat. Eius quæ ex ichoribus vt dolor sit erodens, terminetur in scabiem aut vlcera, aut vesicas illius quæ ex vaporibus membrum leue est dolor acerbissimus, ossa diuaticantur, tensio magna pruritus cum declinauerit: ordo recurrit penē nullus, breui terminatur sine topopho arcus relinquuntur, pulsatio imperus & ictus quidam.

Species autem singulorum generum hæc: à sanguine crasso tenui, bono & corrupto. signa calor magnus non mordax & pondus. A bile crassa & tenui acri multum & parum, calor magnus & mordax pondus paruum aut nullū. A crudo humore dulci vel insipido vel acido aut falso gypseo aut vitreo. Signa frigus non aridus, & accessio diurna pondus mediocriter. A nigra bile prorsus naturali & est sanguinis fex, à flaua bile exusta secundam naturam, vt in habentibus calidum & siccum iecur, à bile flaua exusta, à calore præter naturam, vt in biliolis qui plurimum in sole maxime exercentur: à bile flaua putrefacta vt in sine februm ardentium, à melancholia superassata citra putredinem vt in melancholicis nobilibus qui vinis potentibus ac aromatibus vtuntur: aut rusticis similis temperaturæ, qui alio & cæpis; & à melancholia per putredinem assata vt post quartanas. Vnde patet totidem etiam esse genera quartanæ scilicet sex: vt in vltimo exemplo cum quartana intermittens quartanæ intermittenti alij succedit: Vel cum conduplicatur aut triplicatur, vel si continuæ eiusdem generis succedat, signa sunt pondus stupor arida frigiditas: & quod auxilia minus profunt. Distinguntur etiam à calore, nigricat enim locus, at de hoc superius dictum est. Cum ergo singula genera ex his tribus continent species XIX, erunt omnes species LVII, & tot erunt podagræ simplicissima genera, cum compositæ species innumerabiles sint. Et licet quæ à melancholia prædutos topophos generant: non tamen adeo ad vnum res referenda est vt vtilius tantum esse differentia inter vaporibus species, quanta est in ichoribus, neque in ichoribus quanta in humoribus licet maior sit & euident. In vniuersum species à vaporibus satis commodi ad octo traduci poterunt à sanguine vna, à bile duæ acri &

Tom. IX.

non acri, à pituita vitrea & moderata, à melancholia tenui & exusta & crassa, non exusta vel crassa exustaque. Quæ verò ex ichoribus difficulter ad pauciores species contrahuntur: quemadmodum & februm species, præcipue intermittentium,

CAPVT XXII.

De Curandi ratione generali duplici & differentia inter arthritim & podagram. Et præcepto quodam omnibus morbis longis communi.

Curacionis autē generalis duo sūt modi: vnus scilicet vt omnibus simul satisficiamus, istū est vt materiā tollamus ne fiat aut vt facta protinus auferatur: aliud vt mēbra principalia cōfirmetur. Ergo quæcunq; faciunt ad Venerem augendam si quis debilibus sit articulis aut iam podagræ obnoxius, aut immodice quis eis vtatur podagram excitant, eiusmodi legumina. s. napi pastinacæ mel & huiusmodi vix excipiemus bonam coctionem somnum & lætitiā, namque huiusmodi etiā dum humores augent dum replent corpus materiam podagræ subministrant. Ratio verò satis manifesta est quod quæ incitant Venerem sunt aut quoddam superfluum tertij alimenti, aut spiritus qui tendit, aut ichor qui prorritatur: ab his tribus igitur vt visum est fiunt tria genera podagræ, solum differunt quod materia vnicus est aut magis superata à calore naturali: scilicet coitus aut calor naturalis in illis viuacior sit. Ob id podagrosi plerunque tētingine multa laborant. Et qui tētingine multa laborant ad graues podagras, & ob causam & ob vsum sunt proni. Paruum igitur discrimen intercedere necesse est: id verò est quod materia coitus elaborata est in valis & ob id plerique calidorum sunt rennum. Ob id etiam qui multa libidinis assuere, seu omittant vsum, seu retineant ei morbo sunt obnoxij, simile quid accidit inter arthritim & podagram, nam loco solum differre putant vt visum est, sed arthritim solet succedere febris magis quam podagra. Et podagra ferme semper reuertitur, arthritim raro? Et dolores podagræ sunt vehementiores doloribus arthritidis, nisi dicamus quod quæ in genu accidit affectio sit arthritim & nō podagræ, & quamuis causa quid dolor arthritidis sit maior cenceri possit merito quoniam dolor sparsus est, ob quam etiam scilicet laxitatē articuli popliti podagra genu videtur minus torquere, quam pedis, sed tamen est alius modus doloris arthritidis atque podagræ & ideo discrimen inter causas. Et est quod arthritidis materia sparsa est ad cutim quia elaborata & simul effusa sit ad totum membrum scilicet articulum tendones musculos carnem & cutim velut lacus: in podagra autem encitur in articulum: postmodum vel ab illo protrahitur extra, vel quoniam nō amplius possit contineri spargitur quod residuum est in tendones

G G g

tendones, & loca proxima. Vnde ille non malè curabat arthriticos acu: vellendo netuos cutis vbi dolor maximè vexabat ac præcidebat eos operoso labore sed vtilitum quia quod erat in cute non tendebat amplius neruos, & ei parti quæ sub cute erat, patebat via ad exhalationem. Ergo vt ad rem redeam alia medendi ratio est per singula genera ei quæ ex humore est aquoso purgatio debetur, nam abest periculum obstructionis iccoris, & materia quæ facit morbum educitur, ei quæ ex humore venæ sectio paratione. Ei quæ ex flatu neutrum: sed quæ flatum tollunt refrigerando aut distillando, sed & serosis humoribus quæ vrinâ cient: non tamen aded prompta sunt. Ex his optime est quod elacterio constat, quo vtebatur quidam Venatus. Sed cum in ea vteretur quæ humoribus pendeat illos omnes qui catapotia sumplerunt euerit, inter quos Mattheum Amorinum Trapelitam alioquin aliis profuturus. Ergo & hæc illis opponere per genera oportet. Et quæ debilitant coitum omnibus vt inedia euacuationem, laborem sudorem alimenta crassa & inania, sic etiam vnicuique speciei per contraria calida frigidis frigida calidis, calida & humida ei quæ sit ex atra bile.

Est etiam commune quoddam obseruandum in omnibus morbis materiariis in quibus sanguinis fit praua generatio, vel quia crudi vel serosi, vel exusti vel corrupti. Vt & interioria & ab initio nõ solũ post iccur curetur. Et vt membra spiritus ab aeris tēperie iuuatur, aut detrimentum patiantur. Ita iccur inquit Galenus nullam vtilitatem sentit ex eo, ex comestis etiam & bibitis minus longe quam vtricus, non obscure tamē verum per applicata exterius communita omnibus his consultitur. De intemperie ibi loquitur; quoniam actu calida vel frigida humida vel sicca adhibere licet, nam in morbis quia compositione proueniunt à comestis & ebibitis (Et vt insinuat) iccur à medicamentis, vtricus à cibis iuuatur.

CAPVT XXIII.

Quæ Animalia præter hominem podagra laborare solcant.

Porro non solum homines sed equi, boves & canes ea corripit solent vt octauo de Animalium historia scripsit Aristoteles. Et nos de canibus non semel vidimus. Quin etiam quod maius est audiuius, à Theodosio Cerebello, Mōtis veteris sabino amico nostro dissectum canē, ex his quos braccos id est Qualearum indagatores vocant, qui in vesica prægrandem lapidem habuit, neque hoc mirum admodũ est, talia enim monstra videntur, non quia adeo raro accidunt, sed quia animaduertuntur. Ego vt ad propositũ redeam, facile est in his animalibus imò verisimile ea animalia quæ podagræ obnoxia sunt, quæque vrinam mungunt tenem & clarum, lapidem in vesica posse generare. Et vt contra quæcunque lapidē in vesica generant podagra etiam fieri, nam materia

vtriusque morbi vt declaratũ est eadem aut pene eadem est. Itaque licebit etiam in his animalibus dubia auxilia experiri: laborant autē equi & boves & canes podagra, quia immodicè & supra vires pedes exercent, boves verò etiam propter laxitatem actuum, vt canes etiam propter imbecillitatem.

CAPVT XXIV.

De Pessimis Erroribus podagricorum:

Si purgato corpore emplastra imponantur, nam calida trahunt frigida introPELLUNT in profundum, atque ita melius iaceret, quod scribitur in *Arte Medica. c. 95.* vel si adurentibus medicamentis aut nimis refrigerantibus, aut narcoticis topus procuratur, Deterius si materia eouque repellatur, vt ad membra principalia redeat. Miserrimum si exsiccantibus longo tēpore admotis, morbus salutis specie in deterioremm commutetur.

CAPVT XXV.

An podagra ex astris pendeat? Et an morbus hæreditarius.

Ceterum quæri solet, an podagra ex astris ac genituræ qualitate pendeat? & an morbus sit hæreditarius? Etenim si ex astris pendet, quid refert vero vis modo regatur æger, nam vtroque modo redibit aut non redibit, quinobrem facilius esset tueri quod non ab astris pendeat. Verũ videmus experimento id cõprobari: Et nobis quidem quibus in piscibus & lunam Martis tetragono ad vnguem aduenisse podagrã, sapiusque rediisse. Quamobrẽ dicendum est res nostras ex astris quãsdã prorsus pendere: vel ut vitã: neque enim homo artē naturam superare potest. Alia prorsus & soluta sunt ab illis, vt cõsiliũ & voluntas. Alia partim sic partim non, velut hoc: quinis enim multũ abest ab ortu, vix maxima custodia effugere illam poterit, & ex quouis minime errore ab illa corripitur, eritque perpetuò ei obnoxius. In his igitur potentia eri semper non actus: in aliis neque potentia neque actus nullus, in primis vtrumque.

Quocirca idem dicendum est de hereditario, nam in membris principalibus impressio illa emanat vt pote raritatis substantiæ, de qua non est dubitatio, sed vt dixi quoniam interim si genesis vim habet in patris ac matris natiuitate signa erunt patiendi in articulis, vel igitur est necesse adesse eadẽ signa in filio: & ita mortalia immortalibus necessitatem imponent, vel non aderunt & ita morbi causa non pendeat ex astris, aut podagra non erit morbus hæreditarius, sequetur etiam quod omnes laborarent eo morbo, neque enim fieri potest maximè iuxta Philosophos vt maiorum nostrorum nullus fuerit obnoxius eiusmodi morbo: sed hæreditarij morbi desinant ob parentis alterius missionem, cuius natura ei morbo obnoxia non sit; tum ob mutationem regionis, vel quoniam

quoniam ad morbum aliud natura inclinet illo potentior, vel ob generum propriam quæ cum parentum generi non conveniat in hoc casu; non est ergo intelligendus hæreditarius ita ut descendendum nullus possit ab eo immunis esse: sed quod plerique tales erunt, quicumque per generum aliqua ex parte parentum generi concordabunt, qui alioquin ex propria tamen generi non essent & affectui obnoxij, non secus ac filii diuiti, qui diuites sunt, quoniam & si suam ob virtutem nõ forent alioquin diuites, neque etiã sint amati à parentibus, illo tamen fulti vinculo cum exigua virtute propria & parentum gratia florent opibus.

CAPVT XXVI.

Institutio custodia à podagra per capita, ut in exemplo, & primum de somno.

Exponitur ut dixi senex septuagenarius, obnoxius morbo huic in aere. Romæ nouus incola cum multis curis. Vnde primũ habenda est ratio somni & maximè matutini, ad primam saltem diei horam. Et ut etiam deuiet crepusculum quanquam dicant crepusculum matutinum esse salutare, nocturnũ solum exitiale, quod quomodo esse possit nõ video, saltem in hyeme fieri non potest ut non sit noxium, & etiam valde. Quiescere igitur bonum est xi. horis æqui noctialibus in lecto aut saltem nouem & ut ille.

Ad quartam iaceo.

Et cum puluinari de quo alias è pluma molli anseris iuuenis, & cum integumento purpureo superlecto è stappa serici, subiecto ei alio è gossipio, cui tertius à palea subiiciebatur. Die obturare aures gossipio, sed & noctu confert: verum in die magis necessariũ & capitulo uti quod aures claudat, non dormire super renes: plures culcitæ ad madorem vsque, & ne renes incalecant madefacere illos frigida manè, inde inungere oleo è citoniis. Et si frigidius velimus abluto sæpius frigida. Et ad vigilias lauare pedes ante cœnam tepida; parua deambulatio nocturna, ut cibus ad inum ventris descendat, bona coctio, vsus croci cum pulegio, suffitus styracis, assumere etiam saccharum è nymphetæ albæ floribus, imaginari nauigationem, loca deserta, florida & amœna. Et in vna cogitatione diu fixam mentem habere. Et scias quod bifariam cõtingit hæc actio: vno modo simpliciter, cum res in mente tantum representatur, & est pura, sed non semper somnũ parit; verum est tota in potestate nostra, quia cum sit tota in anima paret voluntati: alia verò representatur oculis ipsis, & homo videt quod apparet, licet oculis clausis, & quãto magis clausi sunt, eò melius cernit, & est ac si, per vigiliam videret. Et ista est cõstans omnino & longe magis stabilis prior, & si tamen quandoque etiam ipsa mutetur, & est similis miraculo. Et de ea locuti sumus in Dialectica, & ostendit res miras & plerumque iucundas, imò perpè lætissimas & super fidem, & hæc breui, & semper omnino antequam finietur, parit somnum, quia

Tom. I. X.

est fixa, sed non possumus videre quod desideramus, quia fit hæc actio in oculo, qui cum sit corporeus; & instrumentum sensus, non obedit voluntati, quod ad speciem rei videndæ attinet & est præstantior in somniis, est enim animæ magis coniuncta. Et sunt lapides & Hyacinthus etiam his qui vulgo dicitur chrysopterus & sapphirus, & smaragdus, ob frigiditatem, & coloris pulchritudinem, & proprie,

CAPVT XXVII.

De Diuina Negociatione.

Ab hora surgendi fricare paulisper brachia, intus aluum exonerare, excreare, emungere nares, mingere, exponere se paululum igni: siccare si quid est humidum. Post si tempus concedat in publicum prodire vehiculo, vel aliter ut dicemus, peccere etiam caput eburneis peccinibus non inutile erit. Ut etiam lauare manus & faciem frigida, à cibo quiescere: ludere post sextam horam & vsque ad nonam, si non & potes per anagnostas scribere. Quod si non liceat exire ob pluuiam, ventos, viam impeditam, molam vertere, polline chartam magno nixu, & pro ratione somni: semper enim memineris illius. 2. Aphor. 16. *Vbi fames laborandũ nõ est.*

CAPVT XXVIII.

De Prandio & Cœna, & mirum de limunij sacco.

Vbi concoxeris & dormieris quantum satis est, horis scilicet nouem, senex vel puer vel inualidus, aut septem vir ac nulli obnoxius calamitati, vel si nequineris & cogaris quinque sed matutinis: quiesceris autè nouem: aluum etiam abundè deieceris, & caueris brachia, exercueris, etiam laueris vultũ ac manus, caput & capillos peccinibus deterferis, emunxeris nares mucis, & os sputo, iãque ex his famescas & esurias, tum distinguendum est quid assumere debeas: si enim valueris benè ventriculo, nouemque horas putaueris posse intercedere ad cœnam vsque plus ac solidioris cibi accipies: sin contra minus & madidi, ut in vniuersum obserues illud Horatii Satyr. 1.

Pransus non quidè quantũ interpellet inani.

Venrem die curare.

Ergo tum munitum quatuor medicamentis te volo, quorum primum voco familiare.

Æ. Origanij & Pulegij Italici sing. ʒ. iij.

Mentæ rubræ odoratæ, croci, nucis myristicæ sing. ʒ. j. Sacchari ʒ. j. ʒ. j.

Terantur folia non stipites, vili, seu semen, ac flores si ad sunt admittantur; sint autem in furno prius leuissimè siccati.

Secundus, hoc ipso mitior & lepidior.

Æ. Origanij & Pulegij Italiorum (est autem) pulegium Italicum de quo nunc loquor, rarioribus nodis hac forma sing. ʒ. iij.

Mentæ rubræ odoratæ tenuis. ʒ. ii.

GGg 2 Croci

Croci ʒj. f. nucis myrrificæ ʒ. f. Sacchari ʒj. ʒij.

Fiat puluis subtilissimus, eadem in omnibus obseruata ratione.

Tertius longè validior & qui valde purgat atram bile, præsertim & calefacit discutitque humores etiam crudos.

ʒ. origani orientalis ʒij. Pulegij Orientalis ʒij. absque saccharo fiat puluis.

Quarti generis est puluis confirmans omnia membra principalia, & lætificans hominem, & ventriculo confert coctioni & oris odorem commendat, & est Francisci Pedemontani cum additione nostræ margaritarum & est longè suauior aliis.

ʒ. Coriandrorum præparatorum cum aqua rosacea ʒiiij. Cinamomi optimi & tenuis ʒij. foliorum è semine melissæ ʒj. Margaritarum Orientalium ʒj. f.

Contrita omnia tenuiter valde, vt sint cribrata cū sacchari de medera ʒb. j. f. miscèatur.

Ergo inspicere habitum hominis & præsentem statum: si igitur ventriculus videatur imbecillis, & purus sufficet in parandio sumere panis ʒiiij. comedat cum coma absynthij viridis & odorati ac mollis & teneri, cum oleo ac sale suspicienti, non bibat in mane: prorsus aut in omni casu colluat os vino odorato dulci atq; potèti tenuiq; solum.

Sed si dentes non valeant, aut non confidat panem posse cōcoquere, edat panem ex iure madefactum edita ʒ. f. pulueris primi si non admodum flatus vrgeat si vrget ex tertio, parum autem à cibo ex vltimo.

Quod si corpus cōpatiatur non adeo ventriculus, sumat eandem quantitatem panis ex iure cum puluere & carnis assatæ solidæ, mollis, optimè ac tenuissimè gladio diuisæ ab ʒl. ad ʒl. ʒij vel lactes. In vniuersum cum podagra morbus sit ex repletionem, neq; enim humor tam malus est, vt in plerisq; aliis morbis ex quatuor, quæ ad victus rationem attinent. Quantitate scilicet, qualitate, præparatione, occasione; duo sunt in hoc speciatim obseruanda, atque vnum in genere, scilicet in specie, vt cibi parum alant non tam vt bene, & sint benè cocti. In genere autem vt cruditas non adsit in ventriculo, & si fieri potest neque in præcordiis.

Quod si signa quædam repletionis adsint, & aliis aliquantulum astricta, aut saltem non fluida: si quidem abundet salina eandem quantitatem panis denoret, sed benè mandendo cum ʒj. ʒij. vuz passæ magnæ, recentis pinguis, cretica, abiectis vinaceis & cortice si crassus fuerit, sed si ventriculus fuerit plenus cruditatibus, appetat tamen, dabimus mel parum aut eam succo & medulla limmoniorum. Dicam autè quid acciderit circa hoc. Erat tempus profunda brumæ ʒiiij. Calendas Ianuarij MDL. XXII. dum vellè condire limunia quinque in frustra concisa cum melle: mel concretum: pigebat superponere igni, (instabat enim cenz tempus) immista manebant. Die sequenti dum volo immiscere imprudens amoueo cinnum & espondeo, demiror: tam animado ceteri dissolutam mel à succo limunij factamque liquidius quam si mansisset diu apud ignem, habes historiam, vt ab igne dissoluatur, à coagulo concretisq; multa: quorum vnum est summum in cali-

ditate actu, alterum prope sed potestate tantum: ita à frigore summo & humidioris quidem actu dissoluuntur, vt a contra & similia & contraria proueniant; habes rationem quam si diligenter excusseris ad multa proderit. Sed redeo ad propositum: melle vtor cum aranciis eadem ratione qua limuniorum medulla, vt hodie in prandio: nihil enim opportunius quam vti dulcentibus & concordibus, velut mel & arancia dissecant & attenuant, horum vnum est calidum non parum, alterum frigidū immodicè. Vtraque cum sint inimica ventriculo, simul tamen iuncta profunt. Sed si detergere solum & attenuare, vel nutrire, melle solum cum pane vtar. Est & tertius mellis vltus cum picibus, nihil enim magis congruit; calefacit, attenuat: siccat, iucundum gultu exhibet edulium, vt ventriculo commodum sit, vt etiā discipuli domino hæc duo obtulerint. Arantiorum loco sine melle malis punicis vti licet, maximè cōtra podagras; feruorè sanguinis extinguunt, ventriculo & iccori amica, & oculis & hilaritati confert, matura sint, crassis granis valde dulcia atque suauiua nec veto, ne non cum his omnibus sint subacida. De cæterorum fructuum vltu vt inutilis etiā sanis loqui superfluum est. Cum enim cibaria in 4. ordines Gal. distinxerit, & ex quadruplici ratione: 1. vt bona vocet quæ sanguinem generent medium & optimum, mala autem qui seorsum vt vrina aut feculentum vt pix, atque in his omnibus tū aliis quæ sub iucientur magis ac minus magno interuallo 2. quæ cum hoc facillè effluant, & minimè discutiantur per vrinas ac per sudores 3. vt in venosam qualitatem transeant. Et in his duplicè differentiam; alia quidem quæ quouis modo & lethalem venū, alia si modo corrumpantur nec concoquantur in ventriculo, nec lethale adiciuntur his. 4. est ne sint contumacia. In primo ordine constituit olea, quæ minus prauis succi sunt, & radices. Et in his ari & raporum. minus malas; cum etiam quod ari radix medica est, & ad multa vtilis calefacit, attenuat, & illita podagris auxiliatur: cætera cum dracurico communia, sed longe vt dixi melioris succi si cocta edatur, aperitque obstructiones. Herbarum autem neque bona neque mala lactuca, sed vt dixi de coctis intelligitur. Post inquit mala que ventrem lenit, inde atriplex portulaca, blitum & rumex, aliarum nulla. Quippe cichorium & schadix & condilla pessima, scilicet primi generis sunt. At secundi generis omnes horarum fractus vt cerasa & fraga, sed vna & ficus dūtaxat excipere oportet. Tertij generis sunt perfica & pruna. nā veneno similem succum pigunt, quia in ventriculo etiā corrumpuntur cum sint ad concoctionem cōtumacia. Propterea mora in medio sicuū & perficorū prunorūque constituit: si enim concoquantur mala sunt vt crassa, & fraga, si non, vt perfica vel pruna veneno succū similem generantia. At quarti ordinis sunt cucumeres pepones & hi enim corrumpantur omnes in ventriculo, & ideo dicit nisi statim deciantur qui nō longè à mortiferis venenis abest, sed de cucumeribus coctis, nō idè celandū quoniam crudis intermiscuit, parum ergo pulegij & cichonij,

eichorij, sed huius etiam cocti sumere debemus, ut sit medicamento loco. At si ventriculus videatur debilis, & fastiditus, & alius non liquida oporteat tamen nutriri, nec ad sit vna cretica assumere soleo non sine utilitate euidenti vvas passas albas, quæ sunt parvæ & sine granis dulces & acidæ, crocei coloris, imò potius ruffi, coctas in iure aut etiam aqua: tument enim & iucundæ sunt, & ventriculum iecur renisque confirmant: aluum etiam manifestè molliunt.

E piscibus ergo cum tempora ieiunij fuerint, quos cum melle edendos dixi, ova frixa optima sunt. Frixa enim melius ac celerius quibuscunque assis aut elixis coquuntur. Et quæ facile coquuntur non aliter bene coqui possunt, quam si frigrantur, nam elixa ut dixi quicquid habent succi, remittunt in aquam & ius: assata autem nimis siccantur quæ facilis sunt coctionis: at in oleo frixa nil remittunt cogente oleo, & calore concluso etiam si dura sint celerius coquuntur quam assata vel elixa: propterea neque sicca sunt nisi vrantur, neque exsucca, neque dura, sed optimi saporis atque odoris concoctaque facilia. Oportet igitur in multo oleo, & iam feruente, mergere, & multa atque indeliciente flamma coquere celerrimè. Indicium est odor suavis mollis admodum caro & candidissima: corium nullatenus exutum, & tamen molle, splendens, ac quasi attenuatum; quapropter & circumvertere oportet non longam moram interponendo, nec ut aeri exponatur permittendo. Si ventriculus optime valet, nec opus habet alio quam cibo bono, nil melius inueni (quod etiam consulit Zoar) Mazapano recenti, nam aperit iecoris obstructions, & ipsū impinguat, purgat renes, somnum conciliat, substantiam cerebri adauget, quæ semper augetur ac vicissim minuitur, more eorum quæ lunæ subiiciuntur: sed non adeò euidenter, alimentum verò eius est ut ita dicam impuretibile, nedum optimum. Fit autem ex amygdalis dulcibus non annuis, à cortice purgatis ac selectis, cum pari sacchari ponderè & aqua rosacea: inde summam partem saccharo liquido circumuestiunt & coquunt, modus coctionis in furno donec superficies bene splendeat, ut purissimum vitrum & candidum, sed pauci norunt modum: plerique nolunt laborem tundendi per tres horas: tantundem enim temporis exigit ut fiat absque omni crassitie aut duritie: quapropter ego deuito nolens & inuitus illius vltimum adeò salubrem, cuius habendi spes prope modum nulla est.

Vnum aliud prætermisisse nolim: quoniam sæpe accidit ut propter negocia non possim, aut ob importunos liceat edere vel hora sexta, ut coactus sim semper mecum deferre Mostacini partem: est enim è saccharo aromatibus & farina siccum edulium & non durum, ideò nihil habet simile. Est enim hoc ei peculiare ut in dies quanto fit siccus, eò fiat mollius.

Redeo ad ieiunij tempora, in quibus piscium vltimum laudavi, per sæpe in prandio sola oriza contentus fui, non solum dum carnis vti licet ex iure, sed etiam tum cum butyro vel oleo, semper verò misceo mel, igitur

sola hac in prandio vtor, vel si ventriculo timeo admisceo panis vltimè: vltimè ad semunciam, est enim optimi alimenti & facilis coctionis (liquidè optimè cocta esse debet, ea tamen celerrimè coquitur) & siccatur ventriculi omnem sordem. Delectus autem piscium, Post in cæna dicitur, partium autem in prandio præter ova solum, iecur & lactes.

De cæna ergo sumemus ℥viij. panis & si in prandio ij contentus fuit, vij. in cæna aut viij: obsonij tres, ut sūma prædij & cænae sit ℥xiiij. potus autè à x ad Xij. ut diei moles sit circiter xxvj. quæ fuit A. Cornarij sed in uerbo ordine: dixi autè superius voluptatem esse in re & tēpore mandendo sensim & diligēter, nihil oberit quod paucū sit quod assumitur. Ergo ex genere rerum eadē quæ in prædij, ut tamen liceat ex radicibus vti solum his quæ sunt eichorij: Ex oleribus boragine cocta, cruda, valde tenera, propterea mēta valde nobili iam dicta melissa apio & dracuntio. In condimentis petrosilio & rosmarino, puluerum sit duplicata quantitas, licet duplo plus assumere cibi vespere quā mane, quòd tempus sit aut duplo maius aut ferme lactè duplum, inde somnus: quies altior & vacuitas à curis, & aer frigidior, & corpus magis operitū. Duplo autem maius quod panis editur sit aut coctus, aut madefactus in iure aliquo, dixi aliquo, nam & pisces efficiunt ius ut cyprinus, & lucius maxime cum oleo & vuis passis aceti aut vini, modico croco petrosilij, rosmarino, nuper dictis. Piscium ergo optimi ex aqua dulci cyprinus qui & suauissimorū optimus est, trota & eius genera cauedani vocati, qui sunt valde & candidi & splendidi, lucij, perca, botæ magna, Carpiones Benaci lacus Temali, Abduæ fluij salmones, quibus dentes sunt in lingua è genere trotarum esse censentur. Laudatur & varolus piscis sed paruus. In summa quicunque sunt è fluminibus claris, mollis carnis & candidæ, squammosi optimi sunt: hi præterea sint lati & friabiles, & iucundi saporis, iam habes coronidem absolutā. Ex mari autem pelagij & saxatiles, sed optimi omnium passeris, rhombi gobij, specialiter autem aurata & arbores, & qui lati sunt ac plani, cū mollem carnem & candidam habuerint, omnium autè est vna conditio ut sint recentes. Alias admisi anguillam sed paruum, & lacu perspicuo, cum recens friza fuerit. Partes autem piscium vltra tres dictas quæ circa oculos & os valde molles, & quasi humidæ & magnorum venter si mollis sit: Et dorsi caro si parui & iuuenes. Ex animalibus partes in vitullo lactante septè, lingua pars ima quia glandosa est, lactes, pedes, mamma, pulmo, cerebrum, & lumbi cum pinguedine & renibus assati in veru tum verò calidi. Aporum iuuenum caro quæ friabilis sit ex veru, aut incisa minutim multisque gladiis coctusa, & in patella condita circumdata pasta: vnde pastitium dicta, vel in iure sic cocta & glomerata: appellant Bononienses polpetas. Medium quendam modum tenent capones Romæ. Sunt & hædi & castrati iuuenes agniq; assati. In his omnibus nō tam res quā modus præparandi & occasio obseruanda est, sed reliquorū neque modus est, neq; occasio vlla. Autū Gallinæ pullique carū, & capi sed

liberæ vitæ, post Galli pavi, Inde Phasiani his etiam meliores, post quos perdicæ, columborum pulli, sed valde iuuenes, vt pene implumes fumantur è nido, & maximè torriti meliores domesticis magnis: & pinguioribus agrestibus: & longè præstantiores palumbis: Horum omnium iecora solum & quod sub alis iacet & caro ventriculorum: quoniam ventriculo non illorum tunica utilis est. Auiculæ autem pene tutæ bonæ sunt & mihi ob id in vſu, sed tantò minus alunt quò meliores, ideoque etiam quò minores. Eadem igitur in cœna & in prandio, nisi quod vt dixi plura exhibere licet. Et vinum dilutius. Et si quid ad summum facit in fine cœnæ. Embamma ad mentem Galeni, licet autem vti, cum crudus humor solum is est qui tollit appetitum cibi, & cõctiones vitiat, nec medicamêto locus est, vt in hyeme dedicatis, & adhuc incipientibus affectibus. Raphani seu radicis domesticæ succi ℥ij. succi përoselini ℥i. Gingiberis ℥j. salis ℥ij. aceti potentis ℥ij. vini ℥i. panis ℥ij.

CAPVT XXIX.

De deambulatione & aliis exercendi modis.

Eiusmodi victus ratione comparari mihi inter reliqua vnum commodam euident, vt status omnis qui ad vetriculum recurrere solebat, ad inferna descenderet, liberè que prodiret, leuiore etiam longe alio reddita, & ventriculi cõctione facta validiore. Et vt tempore descensus cibi nihil in eo sentirem. Sed vt ad propositum redeam (quandoquidè meliora in dies sperare possim, quod legem quam mihi imposuerat, nec ad vagem nec satis propè nec constanter seruauerim, tum impeditus multis negotiis, tum veritas repentinam mutationem: tum quia nescirem vel quantum profutura esset, vel quam commodè latus essem) De exercitatione illud mihi eiusdem Poëtæ proposueram.

Post huc vagor, aut ego lecto

Aut scripto quod me tacitè vocat, ungor olimo.
Exerceo ergo partes superiores acuendo cote gladios, vel chartam vt dixi gemma pollicendo, aut quod omnibus præstabat, Bononiæ trusatilem molam lapideam haud magnam, sed ponderis librarum circiter xv. aut viginti circum agendo, inde deambulando ad D. passus, alias si commodius est, præcedit deambulatione in aère libero, post scribo. Dum sedeo ad alium exonerandâ aliquid lego, ne tempus mihi interim pereat. Atque hucusque cuncta aperta sunt. Solum id restat vt videamus quid vtilius mihi ceterisque podagra laborantibus scilicet equitatione, an carpentû an deambulatione. Equitatio & deambulatione ad pedes trahunt: carpentum non ita sed magis agit totum corpus. Ergo vbi iam dolere pedes ceperint, carpentum melius est: vbi autè desierint, deambulatione parua, vbi diuturna sit aut molesta, melius est equo vel mula gradaria vehi quam pedibus iter conficere. Et generaliter quanto robustiores sunt pedes, corpus purius, materia tenior, morbus procul ab initio & fini propior, ac non fa-

boriosa nec diuturna fatigatio, eo melior est deambulatione equitatione: contrariis causis præferenda equitatio, vbi suspicio sit fluxuræ matricæ, vel labor carpentum quanto magis si doleat. Vnius tantum meminisse oportet à deambulatione apotheraia vt edû, nã lassitudinè tollit, & tecurus à fluxionibus præstat.

CAPVT XXX.

De Balneo & lotione capitis Et ceteris euacuationibus.

Vsus plurimum in omnibus rebus potest: olim toto corpore lauabantur capite intecto aut perfunctoriè abluto, vt porius voluptatis causa nunc lauatur caput reliquum corpus lauari desit, vix lauant manus frigida & faciem: pedes pauci & raro aded, vt nec liceat si velimus lublatis à balneis opportunis domibus scilicet atque instrumentis: sed & ob id in Africa deficientibus aquis multi populi desierunt & manus & faciem abluere, subis parum absimiles. Ergo pedum lotio minus, quanto vtilis est tepido balneo quod auocat, ita frigida ablutio, tanto vtilior est solis pedibus etiam præter munditiem. At capitis ablutio quibusdâ vtilis est, qui rara sunt cute, aliis non ita, sed calidissima inde frigidissima caput perfundere oportet, & corpore vacuo, non quemadmodum quidam ante cœnam. Sit lixiuum pauco cum cinere & benè cõctum & assidue caput fricetur dum lanatur. Multum refert in consuetis quibus podagra ex capite ortû habet. Diu inuictis periculosum, aliis fermè indifferens. A lotione non se exponere statim aeri oportet nec comedere: caput linteis sicis vix calidis fricare præstat. Corpus autem euacuare pro ratione causæ in Autumno persæpe, magis autem in vere: cum verò inchoante accessione sit non tam vile quàm persæpe necessarium, vt in ichoribus purgare, in humoribus sanguinem detrahare, merito quæretur an vtilius sit ad custodiam facere quam non; Euacuatio per medicamentum primum difficilis est corpora sana habentibus, deinde aperit meatus intus corporis vt materia facilius confluat in articulos: sed & humores colliquat in sequens tempus & totum corpus statim cõmutat. At si velimus sanguinem educere perpetuo magis sicut quoniam temper magis attenuabitur deteriorque cadet. Quid plura dicam melius est in adolescentibus ac iuuenibus ea ratione neque purgare neque sanguinem minuere, nisi quis aut intemperatus viuere velit aut omnino fermitati addictus. Etate constituta exacta purgare corpus melius est vere, vbi ex ichoribus morbus sit sanguinem mittere haud expedit. At sudores & vrinas prolicere, & in ichorum abundantia & vaporem vtile fuerit: sed si ab humore podagra sit tenui, multum etiam prodest in crasso & lento vbi attenuatus prius fuerit atque dissectus. Veneris autem vsus omnibus suspectus videtur, & certe importunus malus est: raris tamen & corpore mundo & abudatè femine calefacit artus, status discutit & humorem eandem attenuat ac calefacit, quique atram bilem, pluribus tamen ton-

gè in calibus nocet quam iuuet. Primum cum defluxio iam inchoauerit: vel cum corpus etiam immodicè repletum: vel cum ventriculus aut articuli fuerint valde imbecilles: aut si importunè quis ea vtatur vel si nimis: Vel si ei alia causa ciens podagram eo tempore adiungatur.

CAPVT XXXI.

De Aere & Vitu.

INter causas quæ curare huiusmodi morbos possunt (& enumerauimus duas quæ admodum pertinent scilicet robur articularum & concoctionem restitutam) duæ aliæ sunt quæ vocantur curatiuæ, quarum vna est mutatio aeris magna ad calidum & siccum, vt in Africam vel Aethiopiam, plene enim liberare solent præcipuè accedente etiam maxima victus mutatione, quam necessarium est accidere in tam longinquis regionibus. Alia est inedia exquisita multorum annorum vt de illo qui in carcere fuit xxvi. annis paucò pane & modicis nucibus nutritus & liberatus est. Propè huiusmodi causas est mutatio artis: vt si quis fiat pistor aut vitrearius: Et scias quod agr Romanus propriè gignit podagras. Et aer qui gignit podagras etiam gignit enterocelas & scabios & morbis ac viceribus crurium est noxius & infestus, similiter & fluxionibus omnibus obelus. Aer igitur calidus & siccus in huiusmodi morbo tum tennis & purus optimus est: nam et si humores calidi & siccis ac tenues faciant propriè vt dictum est ad podagræ generationem. Ita quidam venatores facti liberi sunt. Et nisi nostra tempestate vidissemus Andream Dauriam maris vt ita dicam Principem, podagra etiam in extrema senectute laborasse, possemus sperare ex diuturna navigatione obnoxios ei morbo curari, forsitan nocet non posse exerceri. Vt vt sit aeris mutatio plurimùm potest in podagra quod inuitabilis sit, quod in mole incredibilis ac maxima, quod vndiq; penetret intus extra per poros, palatum nares, ad cerebrum per se primo & cor & in ventres, & in articulos, & intima, quod motum secum habeat, quod sit iunctus qualitatibus primis atque potentibus. Indicant autem & regiones ipsæ velut præcipuè Roma & Mediolanum quod aer calidus Romæ etiam calidus (licet victus lauior etiam plurimum faciat & ociosus) & temporum anni mutatio Vt sexta Aphorismorum Et in eodem tempore diuersa consideratio humida aut secca vel austrina vel borealis: in quibusdam enim laborantibus tantum discrimen quantum si bene aut malè vixissent.

CAPVT XXXII.

De Aliis negotiis.

Vita incunda & æqualis libera ac moderata bona est ad custodiam, sed & cogitatio de rebus arduis facit ad incolumitatem, animus enim ardens ad maiora corpus seruat & humores continet. Et timor

magnus aliquando multum iuuat aut commutat. In vniuersum mirabile dictum quantum animi affectus huic morbo profint, quoniam humores non admodum maligni sunt: & putredo non adest. Et principium motus in podagra est à natura non ab humoribus, & contra ex tristitia & metu repentinis aliqui inciderunt in podagram aut enterocelè, multi verò non multo post, & materia podagræ plerumque est materia hæmitritæ primæ speciei.

CAPVT XXXIII.

De Auxiliis externis & nouem modis conficiendi olea.

EXterna autem auxilia sunt emplastrum simplex ex emplastrum cum cera quod ceratum vocatur. Vnguentum unctio seu oleum & Aqua de qua post & eius vsu peculiariter dicemus. Nullum emplastrum vt refrigeret conuenit: nam si refrigerandi causa calidum apponi non debet; plus enim trahet ob caliditatem qua actu feruet quam potestate refrigerari possit: neque frigidum obturando enim meatus cutis & locum prægrauando plus oberit & calefaciet quam refrigeret: sed neque in principis frigida: nec si refrigerabunt materiam intus compingent, calida autem plus trahent materiam frigidioris.

Cerata verò parum profunt in podagra quoniam membra per se non laborant: neque enim atrita vel incisa, sed à materia ipsa est lesio quæ si resoluta prorsus sit non indigent cerato: sed solum exercitium sufficit & assatum: sin autem superest quicquam tophecum est, nec nisi valde pinguis vt dixi indiget non ceratis: eadem ferme pariter de vnguentis, quare ad olea deueniendum est. Ipsa enim sunt leuia & frigida adhiberi possunt, & si perperam administrantur calida statim refrigerantur: nec lædere grauius possunt, sed quoniam in illis solum vis potens desideratur, ideo eligenda sunt quæ potestate ac facultate sunt præstantissima, vel natura ipsa rei vel belzoinum velut modo ipso quo conficitur, velat ea in qua substantia propria ingreditur. Sunt autem modi huiusmodi hi.

Primus est vulgaris imparus & imbecillis seplasiorum, rem in oleum infundunt exponunt soli, in annos addunt & oleum aliud & oleum aliud & rem ex qua conficitur.

Secundus est per duplex vas. Vnum amplum in quo aqua feruet, in altero res est à qua oleum exprimere volumus, & oleum ipsum, & hoc in illo excoquitur saltè tribus horis, communiter sex: alij per diem integræ: aliqui etiam diutius. Sumptus est à Galeno Octauo Methodi loquente de sola vnguentorum calefactione nedum confectio. Dices quomodo scias: Quia experimentum docebat aliis facientibus spicata illa & mala Vathrina vnguenta adeò odorata odorem amittere. Inquit enim: Non autem te fugit sole me vnguenta calefacere vase duplici, vti que coniecta in vas maius aqua feruente quando aliter calefactis vitiantur eorum facultas. Alibi quoque idem necenset

recenset septimo de Compositione medicamentorum secundum locos, ac quasi repetit, imò etiam de ipsa compositione agit. Hic modus est validior & purior primo & apud pharmacopolas in usu dum conficiunt oleum Masticinum. Non me latet de Vnguentis Galenum hæc dixisse: sed ea olea quæ sic fiunt rationem vnguentorum obtinent.

Tertius modus est vulgaris & ipse: utpote quem docuit Diolcorides pluribus exemplis in primo libro repetitis infusionibus tanto validior secundo quo plus in faciendo temporis atque materiae consumitur est autem vnguentis communis. Differunt vnguenta ab oleis mistione seu adiectione, densitate atque odore, quocirca fit oleum in odorem ut glandis vnguentariae vnguentum non fit.

Quartus est quasi medius in furno duas ollas parabis unam cuius basis sit tenuissimis foraminibus pertusa, atque in eo condito materia quamvis oleo imbuta ut sit (sub forma spissioris mellis cum pasta circumdato, & basim alteri ollæ indito. Inde igne circumposito coges oleum per foramina in ollam. Quod superest iam tenuissimè contritum combibito oleo iam expresso: inde igne apposito ut antea coges reddere cum sciore etiam quod acceperat: hoc ter quaterue cum effeceris habebis oleum quasi ex substantia feminis, & materiam exsuccam. Erit autem calidissimum ac siccissimum. Et quod ex feminibus russæ exprimitur ferunt curari enterocolem si assidue cum vinculo locus inungatur, Quod à me nondum expertum est, nec tamen ridiculum videri debet, cum is morbus ex peritonæ laxitate proveniat, quam si quid aliud hoc tollere potest. Videtur autem in eo ^{reparari} ut in pluribus non sit sine spe.

Quintus est proprius floribus expertus sum in floribus sabbuci, nã diebus canicularibus cum ampullæ imposuissim, eamque contenta soli exposuisse tota substantia humidior in oleum rubrum conuersa est: quod terrestre fuit in placenta formam coactum pendebat in vase, educto oleo cum ampullam frangere nollem, aqua immissa dissolutam edaxi. Hoc oleum profus est è substantia florum nec tamen odoratum, nam si in aquea parte odor potius est quam in pingui ut apparet in rosacea & violacea ea parte absumpta per solem necesse est oleum ferme in odorem reddi. Sed dices quid: nam aqua rosacea ubi educta est solet soli exponi ut odorem fragrantiorum reddat. Verum, sed duntaxat ut quod fumosum est euanescat: nam sic odor rosæ in parte aquea ac terrea situs cum sit, non solum purior sed maior euadit resolutio fumi odore. Parcè igitur agendum est, nec diutius permittenda soli. Oleum igitur hoc inferius est potestate precedenti, sed longè purius ac innocentiùs. Mittantur autem in ampullam flores integri: nam contusi in aquam verterentur, ac succum, & descenderent non ut oleam, sed materia quædam informis euaderet.

Sextus est cum flores in vase (eodem modo quo superius) vitreo compositi sepelian-

tur, transeunt enim in oleum magisque retinent odorem quam in priore, quoniam pars aquea minime resoluitur. Idè etiam plus offendunt olei: sed facilius corrumpitur propter id quod ei immittum est ex aqueo humido, ita flores verbasici transeunt in oleum rubrum, quod tamen ego non vidi. Simili ferme modo fex vini quæ tartarum vocatur ex vsta, & sub terra humida sepulta transit in oleum sed valde aquosum, adeò ut quidam negauerint esse oleum, sed hic cinis seu calx etiam sua sponte in penu vinaria in lapide marmoreo non secus ac si in aquam, in oleum conuertitur. Et etiam si in ampulla condita suspendatur è regione caldarij in summa parte, dum aquæ fumus infra feruentis ad eum proveniat.

Septimus est proprius cum ex materia extrahitur oleum: velut cinamomo resina chaleantho. Id autem tribus modis: ex resina & omni re quæ aquam contineat primum distillatione elicitur aqua, inde oleum rubrum demum nigrum, atque eo modo è feminibus omnibus: melle manna & similibus, nisi si quæ sint quæ oleum nõ remittant. Velut vinola & mucosa. Ita myrtus, vua, punita mala & femina cotoneorum maluæque quoniam mucosa sunt oleum non reddunt. Ut nec quæ nimis sunt & penè tota aquea substantia, ut folia pleraque herbarum & arborum, maximè quarum femina parum sunt oleosa ut nitrum & lactuca. In his ergo ut in chalcanto iuuat ea vrere sed non exquirite, verum ut pars aquea solum euaneat. Tertius modus est ut dixi in cassia lignea quam hodie appellamus cinamomum, nam ut alias domi canalibus per vas aqua frigida plenum traduci solet. Hic modus oleum efficit tenuissimum maximè. Secundus huius septimi sed in quo magis ignea vis est propria reluceat, vrit enim & præacutum est.

Octauus est similis ferme quarto in ollam cuius basis pertusa si tamenta cornuum aut vngues vel ossium imissa supposita alia olla sepeliuntur, & integumento terra supponitur, id enim debet esse propinquum superficiem terræ: inde ignis superaccenditur & oleum distillatur, sed in hoc etiam differt à quarto modo præter id quod nullum oleum additur hic, quoniam non repetitur neque feces oleo denudè commiscuntur.

Nonus fit sepulto vase vitreo in equino fimo, sic ut vas plenum sit floribus (est enim quasi medius ut liquet hic modus inter sextum & primum septimi aut quintum) conuertitur in oleum aquosius quinto, & minus aquosum sexto. Itaque modi hi sunt potius XI quam IX.

C A P V T X X X I V .

De sectione venæ & hirudinibus, Preparatione & purgatione.

PRæter hæc foris etiam auxiliari dicuntur cucurbitula cum scarificatione, sed de his alias dictum est, ut etiam de sectione venæ. At peculiariter nunc agendum de

tribus

CAPVT XXXV.

De Modis administranda aqua

tribus, de reuulsua quæ in altero pede, De deriuatiua quæ in eodem cum iam confluerit multa materia, & dolor admodum sæuit: Media quæ fit in brachio eiusdem lateris, hæc sunt valida & tutissima auxilia, sed nonnisi in maximis affectibus aut necessitatibus adhibenda, vt superius etiam docui de aliis venæ sectionis generibus: quanquam hæc non sint tanti detrimenti vt sint vtiliores. Similiter hirudines super loco positæ vel propè super venas dolorem leuant non tantum euacuando, sed torporem quendam membro inducunt. Et idem minus debilitant vires quam venæ sectio, & profundius extrahunt sanguinem & materiam quam cucurbitulæ etiam scarificatæ, (quanquam quidam veteratur sicis admodum multis in balneo, sed hoc est peculiare & potens geritque vicem præsidij regij) verum membrum patiens plus debilitatur quam ab vlllo aliorum præsidiorum. Itaque adhibenda est cautio in hoc auxilio, quamuis sit præstans & molle, nam delicatis satis accommodatum est: scilicet diuitibus quibus non est necessarium tantum robur præcipue crurium. Sed consulere oportet doloribus sine dolore. At vbi materia antecedens maxime quod frequentius euenit purganda veniat, seu in principio morbi seu iam concocta: tria sunt fundamenta eius, Rosa, mirabolani, vinum granatorum, quod etiam facit ad præparationem. Ergo hoc præcipue vsus sum medicamento, præsertim in Illustrissimo viro, ac vt vocant Comite Octauio Blanchino Bononiensi amico ob singularem benignitatem præstanti.

R mirabolanorum citrinorum (erat enim biliosa & sanguinea materia) ℥ij. Infundantur contracti in ℥vj. vini granatorum per noctem, inde bulliant ad consumptionem tertiæ partis: excolabis, adde syrupum rosatum solutum aut mannâ ab ℥j. ad ij. si pituitosus emblicæ vel chebuli, si melancholica nigri. Vinum idem ad præparationem etiam vtile est, betonica, salua, rosamarinus, chamedryc, chamæpytis, stoechas panax mater sylua, amaracû, laurus, absinthium, liliû, & iris croceus, Castoreum peucedanum Amomum Raphra Petum, Peru, Pulegium: ebulus etiam inter purgantia heliotropium sulphur herba S. Petri in ambitu tota ferrata. Tamarindi. Quarto loco sunt maxime in initio. Ita ad præparationem serapia è rosis siccis & granatis è betonica è stachade, è succo balsaminæ è trifolio ferrum æs, xilaloës, colocynthis agaricus, elæterium cum astringentibus. Mel quoque exterius vtile est, intus Rha obsonium & berberis & sphondylii radix, cuius etiam ℥. β. in acetario soluit ventrem. Antiquo tempore ad purgandum strenuiter catapotia ex coronopo id est coruino pede alias coralio vocata herba est, sed nunc non bene nota, an sit stellaria item ex hermodactylis, & putant eos venenosam quid referre. Vtrunque tamen profunt illæ pillulæ in affectibus articularum & podagra vt persæpe earum vsus non solum sit valde vtilis, sed penè necessarius.

Tom. IX.

FRigidæ vsus frequenter, calidæ rarè est necessarius. Dicendum est autem de his non simpliciter, sed eatenus vt conducit præsentis proposito, namque & madefacere & abluere & lauare & aspergere, & fouere, ac inspergere & irrigare atque vt balneo vt tum superfundere in vsu est. Abluere nunc dicimus cum solum sordes tolluntur cumque adhuc leniter aqua superfunditur lauare: Vt verò etiam moram ducunt, in eâ balneari dicimus aspergere minutim, in spergere affatim sed non diutius, irrigare verò assidue in particulam aliquam aquam immittere. Infundere autem copiosam sicut totum membrum amplectetur. Fouere tam frigidæ quam calidæ conuenit, tamen magis de calida solet intelligi cum linteis assidue impositis locum refrigeramus aut calefacimus, semper autem temperamus calida refrigerando, frigida calefaciendo. Ego ex his nouem modis septem in generalibus & quid possint & quomodo administrantur edocimus, præcipue autem in podagra sunt fouere & superfundere vt qui etiam sint efficacissimi: & superfundere proprie iuuat frigidam in vaporosa bis aut ter, vaporis enim generationem prohibet, & genitum aut expellit per poros aut dissoluit in ichores. Propterea large superfundere & valde frigidam bis aut ter sufficit, inde linteo frigido sed sicco crus & partem dolentem circumdare, operæ precium fuerit. At tepidæ etiam aliquando simili vsui locus erit dum laxare partem volumus, nec calor aded magnus sentitur, & corpore senile valde habitumque & aer frigidior. Fouemus autem contra locum diutius & vt penè dicam donec quiesuerit dolor: cum calor in ichore aut humore bilioso actior est. Intentum enim est solum extinguere, non autem repellere, cum id parum tutum sit: hoc autem auxilio non id periculum subimus. Quare quando & quomodo & cur id agendum sit explicauimus, sed totus alius etiam vsus est non superfusionis, cum locum linteis ex vino calefacto, in quo rosarum placentæ coctæ fuerint assidue madefacimus, id prodest non solum in processu cum materia non calida fluere desierit, sed etiam ab ipso initio cum fluere incipit, temperat enim locum, resoluit & moderatè, ac sine periculo repellit.

HHh

CAPVT

CAPVT XXXVI.

Podagra an morbus erraticus. An deterior articulari? An periculum de distentione & morte? Qua signa sint mortis & declinationis? Quid agendum cum dolor à cibo desinit, & magna vigilia cum cruditate coniunctus est.

QUæri etiam solet de podagra, an sit morbus acutus an chronicus. Et videtur hoc simile de morbo comitali, & spirandi difficultate quæ recurrit, & cephalæa & similibus: qui quidem sunt à diuturnorum genere, accessiones autem sunt breues. Vt verò acutæ mererentur dici, necessarium esset, vt periculosa essent ac cum febre, quorum neutrum adest in podagræ insultu. Ideo acutis similes sunt non acutæ accessiones. Ob id meritò etiam quæsitum est an sit periculosus: Id autem difficile determinare, quoniã morbi non periculosi magnitudine fiunt periculosi ob vigilias & dolores, fiunt tamen periculosi si materia retrocedat, si febris adiungatur: si œdema cõuertatur in leucoplegmatiam, non est igitur periculosus his modis per se, sed casu. Eques enim Marauilla Mediolanensis ex diuturna podagra succedentibus febribus variis obiit. Erat autem senex. Amorus Bononiensis ex podagra in leucoplegmatiam nigram (quali repugnante sensu, sed mos obtinuit) morietur, sed lxxvj. annum agit.

Quæsitum est ob id, an possit transire in distentionem: sic enim per se occidere posse videtur Illustrissimus Cardinalis Rambolletis Gallus, conuulsam seu distentam habet tendinem pollicis pedis, postquam à podagra conualuit: Itaque distendi primum potest cum ossa articuli separata trahunt, hoc enim à Galeno concessum, sed nil etiam prohibet tendi ex materia quæ illum ingressa sit tenui aut vaporosa: hoc, non quantum vellem Galenus animaduertit est enim rarum. Tertium in quo etiam concedamus, non potest tendi ob podagram ex inflammatione.

Deterior itaque podagra quia recurrit, & quoniam dolores illius sunt vehementiores, articularis autem ob febres & quia accessio eius plerumque longior est, & magis nobilia membra infestat.

Signa autem mortis sunt signa vt dictum est transmutationis in leucoplegmatiam: & impotentia motus & adiectio febris indefinens, & signa communia virtutis imbecillitas, casus appetitus, malus color faciei, cumque accidit distentio aut conuulsio est signum malum, & repentina cessatio magnitudinis cum quadam lenitate, & absque expulsionem materiæ vlla est signum regressus ad membrum principale, & maximè si adsit iniquus vel delirium vel vrina cruda. Et cum venter astringitur periculum est de colica: & si superueniat magnus stupor in membro non patiente vel resolutio, est signum apoplexiæ aut paralyfis. Et magna

grauitas aut vigilia aut dolor capitis vehemens sunt valde mala signa.

Signa autem declinationis sunt vesicæ, tubercula, pustulæ, pruritus quies, cessatio doloris, appetitus, lenitas membri, fluxus ventris, vel vrinæ multitudo: sudor in loco vel in membro patiente sanguinis profluuium, & quandoque febris superueniens soluit podagram. Et hæc atque alia signa, intelligi debent cum vrina bona non aliter.

Si ergo contingat vt iam pranso incumbat accessio, & dolor vehementer infestet, & vigiliæ cum cibo vel cruditate incumbant: ad vomitum nisi quid omnino impediat cogendus est æger: si non succedat, clysteri subluere aluum, & molli oportet, tû inedia exquisita opus est. Cauēbis autem à sectione venæ quantum poteris: melius est tamen facere dum homo cibum sumpsit quam in cruditate: & in cibo multum refert si grauis sit & duræ coctionis: si multus, si multum denique nutriat. Velut si quis multa oua dura ederit. Interim sola frigida vtetur locum superfundendo: nam si cibus est in ventriculo non adeo imminet periculum retrocessus materiæ.

Quod si à nullis auxiliis morbus remittatur possumus aquam copiosam in potu dare cū syrupo nenupharino, id est, de nymphæa floribus maximè in calida podagra: aut enim ciet vomitum, aut descendit, aut somnum conciliabit, aut vrinam prouocabit aut fluxionem mitigabit. Quodcunque horum fuit bonum.

CAPVT XXXVII.

De reliqua victus propria ratione & an balneum pedum possit conducere podagroso: & quod non datur medium in agendis.

CÆterum vt ad ordinem institutum reuertar: quoniam ab ea ratione victus non parum alienatus eram, restabant vigilia & quædam inquietas. His commodum est balneum vt visum est, sed balneum pedum & crurium auocat podagram. Vigiliæ ergo simul ac podagræ occurrere vellemus, sed vnum alteri obstare videtur, vt auocare ac perfundere, repellere & attrahere. Dubitatum ergo merito est, an balneum pedum ex tepida possit saltem non nocere pedibus: cū enim omnis calor præsertim tepidus auocet ac relaxet, dubium non est quin ad podagram non conducatur, quatenus autem ex profundo digerit, prodesse potest: sed tamen non tempus est, sed in exacerbationibus, vel cum consistunt, vel cum declinant. Vnde liquet balnea laborantibus (De tepidis loquor) prodesse posse, non laborantibus autem minimè. Quid ergo faciendum, si quidem à tepida frigida lauemus tuti erimus à noxa, sed perit beneficium postmodum tepidæ ad somnam aut totum aut maiore ex parte. Atque hic tamen modus vnus tutus, voluuptas mundities, robur pedum, prouocatio somni sed leuis. Alius modus

modus est vt tepidæ adiciamus (absque frigida commemoracione) quæ omnium pro-uocant & astringunt simul cuiusmodi ladanum vel iridis, aut liliorum alborum radices aut flores vel smilax, vel vitex. Item ruta Camameleon quoque & parthenium partim quia leniter astringunt, partim quia resoluant, vtilis sunt podagræ: somnum autem conciliant & manifestè, sed vinum nouum potens aquæ admistum roborat particulam ac somniferum valde est. Sic alia etiam & præcipuè stipites quos caudas vocant roborant particulam & somno conciliando vtilia sunt. Pro principibus autem agallochum vel crocus vel styrax vtrunque bonum præstant, similiter & acetum modicum acce prohibet influxiones, somnum non prohibet ob aquæ admistionem sed potius augetur. Ergo de balneo querendum fuit: cum constet nullum esse auxilium quod neque iuuat neque obicit, sed alterum eorum efficere necessarium est, licet quædam adeo obscure vt vix percipi eorum operatio possit.

Ergo vigilæ admodum & præter rationem infestæ non sunt negligendæ & tum magis vbi causam non habent & præcipuè in senibus: aut insaniam aut hydropem aut apoplexiam gignunt. Et quanto magis producuntur eò difficiliore sunt curatu. Et si supradicta non sufficiunt edere poma cocta à cœna, aut cœnare ex recocta, & est pars quæ in aqua lactis in caelo relinquitur. Et si nec hoc iuuerit caput lauetur ex somniferis. Et balnea assidua non solum pedum sed totius sunt tutiora. Vngito loca arteriarum & tempora, & nares, & frontem ex vnguento è floribus populi: & faciem laua ex decocto pulegij. Et summa medicamentorum est nymphæ flos: Inde semina papaueris albi, inde poma & radices mandragoræ: post apollinariis semen. Demum vitinum quod etiam est supremum papaueris nigri semen & opium. Solanum etiam radice quæ & haliacabum dicitur cortex cuius ꝑ decoctum in potu datur.

Si verò ex aduersis tristitia laboratur, cogita illud scenam esse hunc mundum, in qua gerulo obuient habitus regius, quod diu etiam immotus debeat se exponere oculis hominum, nec tamen necesse sit quicquam proloqui: contra multis qui genere, opibus, eruditione, forma sunt præstantes: aliis habitus lenonis, aliis mercatoris, aliis pædagogi, pluribus etiam seruorum & ancillarum obueniunt. Quid ergo inuidebit ne quisquam alter alteri ob hoc? quin fungetur partibus suis & potius ridebit, dicetque posthanc scenicam cœna cœnabit gerulus suam betam & allia bibetque vappam & edet panem *υψαρρον* imò forsan *τροτυριον* aut milaceum aut hordeaceum: vestem laceram & obsoletam induet, contemnetur in his ludis ab omnibus. Ego verò mihi conscius tot rerum gratulabor, & inter meæ æquales sodales cum gratulatione excipiar. Quis tam insanus est qui gerulo eam conditionem diariam & mutuo acceptam inuideat doleat aliorum, aut aspernetur? hæc cum tecum cogitaueris quæ ad vnguem si-

Tom. IX.

millima sunt huiusmodi vitæ lætus omnino viues. Imò hæc vita minus secuta est quandoquidem à Deo nemo potest dieculam certam imperare quam scenæ domini spondent gerulo dicebat enim Flaccus.

Quis scit an adiciant hodierna crastina summa

Tempora Dy superi:

At si mæror spontaneus sit, vt aris ruta, boragine, ozimo, denique croco atque eoulique vt mādragora atque haliacabo & pulegio atque origano, tum ellebori nigri geminibus in saccharo borraginato conditis. Si ad iram promior sis quam deceat ob modestias ob euentus sinistros, balneis vtaris & rapis ac carne agnina purgare bilem stauam sape cum lupulis & fumaria. Vtere saccharo violaceo, abstine à multo vino, & etiam pauco sed potenti, ab omnibus acerbis.

Studiorum autem horam cum exercitio & deambulatione commisceo, aut cum aliud ago sed non homine dignum, vt edere, vestiri, sedere ad exonerandam aluum, tum maxime cum lector non desit: ita per anagnostas etiam scribere licebit seu amanuenses. Post opera necessaria ad salutem proxima sit studiorum, necesse est aliquid perire ei qui vult multa seruare, contra volenti omnia seruare necesse est, vt magna & meliora interdicant, hæc enim est humana conditio.

Cum autem sero nimis comederem, audiui transglutiebam, & plura quam con-sueuissem deuorarem, & minus temporis ad cœnam intercedebat. Quid plura? conuerso ordine omnia fiebant, si tamen solo pane eoque leuissimo vtaris sine potu vel omnino pura aqua ritè peragetur. Sunt autem quidam panes leuissimi sacrarum Virginum, quorum vel maxima summa non replebit, multo minus onerabit. Minus etiam nebula sed hæc vicem panis non obtinent, parata igitur hæc habeas: si non tenuissime panem in ossas diuidas, & in aqua infunde, & vbi intumuerint ede: manus enim occupabunt spacium, & parum naturam onerabunt, nec multum nutriunt.

Quod si à cibo exerceri cogeret aut noctari carpento aut mula gradaria, vel nihil aut non antea cœnabam, quam somnus crapulam discussisset. Et demum memineris quod cœna lenis & ex simplici pane euique crapulæ nisi immoderata sit vel etiam intempestiuè à cibo deambulationi sub-stitui potest, concoquitur enim in præcordiis.

CAPVT XXXVIII.

Quinam ſint morbi qui quaſi conducunt vitam diuurnitatis: Et quare in malo regimine multi non periclitentur. Eadem quaſtio de ſanis, & etiam dum podagra laborant & quid eis accidat, & an melius ſit a prandio pedibus ire, an equitare? Et de cauſis morborum peracutorum. An ſectio uena conueniat in aere malo ad caſtodiam? Et quibus ſit neceſſaria. Puluis noſter ad hac purgans. Quantum proſit longa peregrinatio. De ſanguinis partiſus in ſectioe uena.

Ceterum multis videbō forſan obliuiſus, qui quod quaſierim antea iterum quaeram ſcilicet, an deambulatio ſit equitatione ſalubrior. Id licet facere in rebus dubiis atque vtilibus: diſſicillimis verō ac vtiliſſimis praſtat. Et vt breui agam vbi pedes conualuerint, & vbi ventriculus ſit imbecillis & exercitatio non ad laſſitudinem, melior eſt quaē pedibus deambulando ſit. Vbi verō contraria equitatio eſt praferenda. Vbi autem miſta ſint contrariae indicationes, vt quaēque praualuerint non numero quidem cum ſint tres tantum, ſed magnitudine. Vna enim duabus praferri poterit, quo in caſu forſan adeo aequalis videri poterunt vt neutra conſuadatur, tum maxime cum aer malus ſtauerit. Et eo magis ſic venti prauu ſtauerint, tunc enim carpenſo opus eſt & conſuſo. Caeochymia verō imō etiam plenitudo equitatione longa melius diſcutiuntur aut ſi vtrumque adit, nam paulatim tuto abſumitur quod ſimul tollere periculolum eſſet, maxime ſi moderato victu utatur, forſan & melius navigatione, ſi vomitus praecipue facilis ſit, ob id multi ac multi ex longis peregrinationibus ex malo habitu ſuſceptis, cum bono in patriam redierunt. Similiter & alias quaſitū quinam morbi (& praecipue de podagra) vitam producant, & cur? Eiuſmodi ſunt: fiſtulae haemorrhoides podagra ſcilicet prunitus diarrhaeae per circuitus fluxus (anguinis narium: dolor capitis, vomitus per circuitus, aut a repletionē. Urinae etiam fluxus per interualla: Tubercula, glandulae, inſanſa tumor lienis. Cauſae in ſingulis quaē dictae ſunt in podagra idem de arthritide, nam hoc vt dixi Galenus inſinuare videtur. Ergo hoc parum mirum eſt, id enim in continentibus prodeſt, quando natura omnia excrementa detrudat ad locum illum, ſed mirum illud quoniam pacto cum corrupti fuerint eo morbo non pereant. Quin imō Romae cum multi & nobiles ex peracutis morbis pereant: alij in tertia die, alij in quarta vel etiam citius pauciſſimis: tamē ex purpuratis id accidat cum primū & inquilini ſint plerique eorum, nec Ciues Romani vel Romae oriundi: ſuntque plerique ex his ſenes, & curis multis obnoxij, malaque victus ratione vtantur: non enim

exercentur, & cibus qui molles ſunt dico vniſis potentibus vtuntur. Quanam ergo cauſa eſt, quod corripantur his peracutis morbis, vt plerique in alijs? In his conſiderare ergo oportet in quibus vita eorum à ceterorum habitatorum vita differatur. Et ſane primū quōd plerique laborant podagra, aut morbo vt dixi aliquo per interualla recurrente: qui ſi non ſit in membris principalibus aut vitae neceſſariis, vt dixi, multis modis iuuat ad vitam producendam, Voco membra vitae neceſſaria Venticulum pulmones, renes & veſicam. In his enim ſi morbi ſunt vitam breuem reddunt; Et renes quidem ac veſica ob continuum deſluxum tantae materiae per loca anguſta, nam inteſtina lata ſunt & longē latiora quam callum veſicae, & virgae. Seminis autem effuſio non tanta eſt, vt poſſit ad magnum detrimentum hominem deducere. Vanum quoque excrementum non multum eſt, & aliunde effluxum patentem habet. Secunda cauſa eſt quoniam carpento vehuntur id multum iuuat ad iniuriam aeris euitandam maxime quod clauduntur in eis. Ita & à ventis ſoliſus atque alijs cauſis noxijs tuti ſunt. Similiter & in cubiculis conſuſis ac mundis iacent: igne praſenti aut propē vtuntur. Menſibus aſtius & caniculae maxime & vique ad tempus quo ſol exit ſcorpj ſignum, cum antea peſtilentes morbi ſauiant à Roma abſunt, & in aere libero atque ruri degunt. A Veneris vlu non eneruantur quod plurimum prodeſt in huiusmodi caſibus. Vtuntur praeterea delectu ciborum ſingulari, & frequentibus purgationibus, & certa viuendi ratione. Sed & commodis omnibus vitam munitam habent. Et quod plurimum facit ad bonam valetudinem & longęnam vitam vacuum timore animum habent. Quin etiam pluribus ex his fontes ſunt in curibus, ſed maxime in brachijs vt naturales: non perpenſi ſalutares maxime ſunt homini, & propē centeſimum annum homines niſi aliquid ſiniſtri eueniat perducere ſolent, ita vi facti & perpetui in genere problematis neutri reponi poſſunt.

At vt ad propoſitum redeam, quaeri merito debet cur Romae morbi adeo acuti contingant? Dicebat Galenus *Quarta Aphorismi* ſuper illo Aphorismo (*Febres quaecunq; non intermitteſcunt*) quod morbi lethales euadūt vel quia peſtiferis, vel quoniam inſtammationes ſectum viſcerum coniunctas habent ſed non quaeri inſtammationes in viſceribus, peracutos morbos adeo gignunt, ſed duntaxat in cerebri ſubſtancia aut pericardio, aliquid etiam in pulmone, ſed omnium acutiſſimae ſi in corde incipiunt, Velut angina in larynge: vel in ore ventriculi. Verū in ventriculo & iecore & Ileo peracutos ſimpliciter, non autem perperacutos quales vt dixi hi. De peſtiferis verō intelligit, cum putredo putredini quaſi fermentata ſuperuenit, & hoc accidit quoniam hic aer calidus eſt & humidus valde, & impurus & clauſus, ac vehementi impetu ventis agitata. Cum ergo inſuſiones in his locis acciderint ex humore aſſato ac putrido,

trido, maximè mordaci, maximè perimur. Vt autem hæc vel illa eueniant, cauendum est ab acribus omnibus ira uehementi, à frigore exercitato ab oleribus paucis & leguminibus, fungis ac semiputridis rebus & præcipue à vino potenti: tum uenere importuna, & quibusdam fructibus, pepones ac melopepones; tum præcipue cum quis & uinum multum superbiberit, aut carnem multam comederit, aut plurimum se exercuerit. Aer & nocturnus & uespertinus supercalefacto corpore, præsertim sudore capitis affedente. Et scias quod dolor capititis præcipue emigranea non est è genere peracutorum morborum, imo nec simpliciter acutorum nisi in quibusdam constitutionibus, quæ uagantur ob aeris intemperiem, tunc enim tales fieri contingit.

Magnum etiam est id, quod quidam etiam podagra ægrotent, non tamen ex mala victus ratione periclitantur, id uero accidit quoniam quo magis delinquant, à eò magis morboſque ad certam metam prægrauantur, inde ex illo debilitatis articulis recipiunt omnia incommoda. Tophis igitur genitis & sensu pereunte, putrescit quantumcunque materia adueniret, & exit quidquid accesserit celeriter saniei instar, & ita morbum absque magno incommodo ferunt. Ita postquam occaluerit hic morbus, satis commode errores quoscumque magisque à principio ægri ferunt.

At ut ad noxam aeris prauæ redeam, quidam sibi utile plurimum uenæ sectionem putant, quod ego non probo multis ex causis, nam dum mutatur aer & patria etiam, præter id ratio victus cum ad malum sint ex supposito, quærendum est ut robustius efficiamus corpus, ut non patiat ab aere aut quam parum. Id fiet si sanguinem non detraxerimus, detractio enim minuit vires. Accedit quod ut dictum est natura non fert plures simul repentinas mutationes: quare cum iam sit mutatio aeris & victus si sanguinem miserimus sicut tres, ut pauci ferre possint. Rursum uel sanguis erit bonus & paucus, & tunc extrahemus bonum sanguinem, & malos humores in corpore relinquemus: aut malus & paucus & ita feruè occidemus ægrem debilitando ipsum: aut erit multus & bonus, & tunc non debet detrahi nisi in magno morbo, ut in *Quarto de uictu in acutis. Tex. 19.* Quod si non ad est morbus, uel si sit immoderantia multitudinis, tunc dicit Galenus debet minui aliis modis inedia, balneo, frictionibus, libro de uenæ sectione. cap. 10. Quod si sit multus ac malus, ut ex eo imminet morbi, tum quidem melius erit ipsum corrigere medicamentis, frictionibus, inunctionibus, ut ibidem docet cap. 6. At si dicas modo etiam quod plenitudinis signa non adsint, debemus mittere sanguinem, uel ob periculum morbi imminentis: uel fluxionum quæ solent mitti ad renes aut pulmones aut lientem tanquam laxiores partes, & ut alius dixi ex eodem articulo. Quanquam hoc ibi non recensuerit quod natura non sint laxi, sed in quibusdam uel ob nimias ac ualidas exercitationes, uel ob propriam illius corporis prauam stru-

cturam; Respondeo quod in hac questione nunc tractatur de regionis mutatione, non de paratis ad morbos. Sati enim est quod non debet mitti ea ratione, sed potius non mitti aut minus quam si esset in propria patria. Sed quoniam plebeiis in usu est sectio uenæ, considerandum est si conueniant? Et si conuenit quibus? nam in ipsis tum ob imperitiam, tum inopiam, tum ob frequentes occasiones, contrarias, recta victus ratio seruari non potest, ideo ad meatuum qui sunt in cute impedimentum & obstructionem, & ad lassitudinem & ephemeras denenire necesse est, nec possunt ferre inediam. Vnde ad febres putridas & continentibus sunt parati, quorum causa est & maximè cum prægrauantur mittere sanguinem expedit, scientes tamen non esse hoc tam salutare quam necessarium auxilium, nam neque adeo sanguis pinguis & densus, qualis ab initio fuit, esse potest: & membra principalia, & uentriculum & sensus præsertim oculos imbecilliores huiusmodi detractio reddit, & naturam huic auxilio obnoxiam, ut nisi postea repetatur non possit quiescere. Et si repetatur ad maximam debilitatem deuenire necesse sit; ut sint tremuli mali habitus, lasciosi, & ante senectam decrepiti. Indicio tamen est fore hoc auxilium necessarium, quod plerisque misso sanguine pars superior flaua aut alba uel cærulea, aliis fusca, aut uiridis aut liuida seu plumbea, quibusdam uaria. Et plerique affirmant albam esse pituitam supernatantem, sicut flauam bilem; uidentque uerisimile aliquid dicere ob ea, quam auctores de coloribus humorum scripserunt. Nos autem diximus hos colores esse non humorum sed sanguinis corrupti, & putrescere incipientis, nam cum tribus tantum coloribus albo & flauo & nigro humoribus tribuere possint, colores autem qui in sanguine conspiciuntur sint plus quam decem, reliquos septem quibus tribuimus. Præterea pituita non infidet sanguini, sed est illi permixta per totum; hæc autem pars alba superinfidet sanguini, ut etiam quandoque nigra quæ si esset humor naturalis in imo deberet apparere: nec albedo illa quæ in pituita nostra est, eiusmodi est ut cæruæ & qualis cernitur frequenter in summa sanguinis parte, sed uelut etiam de albedine hypostasis, quæ non est alba sed subaurei coloris, & si alba sit profecto non sanum est id corpus: multo minus in febribus sanitatem pollicetur: ita albedo pituitæ est ut mucæ. Et si modo candidior sit cum splendore est, qui in illa superficie sanguinis nunquam cernitur: imò est opaca & si esset humores naturalis quanto esset candidior eò melius se habere æger ac totum contrarium nam tales colores omnes (dico præter rubrum) in male affectis & iam ægrotantibus apparent; aut his qui paulo post ægrotaturi sunt. Et certe in illis qui prauam non optima victus ratione uisunt. Neque possunt colores alij esse in sanguine non corrupto præter rubrum, nam sic natura essent separati aut naturaliter misli quare necessario etiam in optime se habentibus.

Illud præterea non omitendum duxi, vt admonerem cum sint in corpore nostro septem liquidorum genera, quatuor humorum latitudinem, cum sint quasi termini solam esse perexiguam, at crudi humoris atque exusti, ac ichoris permagnam & amplam, siquidem crudus est à cibi natura ad pituitæ generationem. Exusti à bile flaua vsque ad nigrum, vbi rubra viridis cærulea rubiginosa fusca liuida vsque ad atram. Ichores ab aquæ colore vsque ad nigrum tum verò etiã pro humorum tam naturalium quam præternaturalium vanitate, horum igitur trium latitudo centuplo maior est quam quatuor humorum. Et ob id tot admiranda in his solis apparent.

CAPVT. XXXIX.

Quod podagra non est morbus neque per essentiam neque per consensum, Et de primis generibus morborum longa disceptatio. Podagra non fit à ventriculo, Et de exemplo palpitationis cordis.

PORRO quod magis mirum videri debet, podagra non dicitur morbus per essentiam in articulis cum pendeat ita ex materia quæ aliunde aduenit, vt si eam auferas planè conualiturus sit. Sed neque dicitur per consensum. In consensu enim necesse est membrum ex cuius consensu ægrotat, aut ægrotare, aut saltem symptomate prauo affici: sic dicimus ex nervi punctione conuulsionem accidere in cerebro & in aliis nervis. Et si cor palpitet ob difficultatem spirandi, erit palpitatio cordis per consensum pectoris ipsius aut pulmonis; at podagra membrum quod humorem suppeditat, vt aliàs dixi plerumque est iecur, sed fac vt ex cerebro adueniat omnino, dicitur podagra morbus secundarius, idest cuius materia ex alio loco transmittitur. Et cum in podagra laxatur articulus aut thopus generetur, iam tunc non est propriè podagra sed ex podagra. Et tum est morbus per essentiam in articulo, ita nunquam podagra dicitur morbus per essentiam neque per consensum neque in articulo, nec in alio membro. Intemperies enim quæ est in iecore vel cerebro, non potest villo modo appellari podagra. Neque à ventriculo (licet fastidium cibi præcedere soleat) vnquam fit podagra, nam potest materia transire ad articulos nisi per iecur si à ventriculo procedat. Ergo tunc concoquetur aliquo modo in iecore, & dicitur à iecore procedere. Licet imbecillitas ventriculi possit tamen dici & merito causa podagræ. Ergo eiusmodi quaestiones solum de nomine sunt, quas tamen tam vtile est nouisse vt etiam sit necessarium, nam rectè feceris tum si ventriculo non iecoriauxilia adhibueris. Rarò tamen contingit vt nihil delinquente iecore fiat podagra ex sola ventriculi imbecillitate.

Morbus ergo qui ex podagra contingit, cum articulus laxatur in compositione est, sed & podagra in compositione, sed non eodem modo: nam qui est in cauitate sanari potest: qui autem in substantia ipsa membri aut vtrumque omnino sanari aut difficillimè. Potest autem esse in numero, & si auctus plerumque curari potest si diminutus nequaquam. In situ: extra membrorum sanabilis est plurimum: interiorum nequaquam: præterquam in intestinis vt in enterocele, non tamen neque in his semper quandoque & ita circumuolunt, vt nulla cura sit, interficitque velociter: nisi casu quodam absciso abdomine summo periculo per manus auxilium curaretur. In figura quoque rarò aut nunquam. In magnitudine quæ cum putredine sunt dum ad vlcera proueniant sanari nonnumquam possunt. Estque tantum spei quantum periculi. Vbi enim nullum periculum ibi nulla spes: putredo enim & mortis periculum ostendit, & spem sanationis perfectæ si conualuerit, sed in obstructionibus atque similibus non est verè morbus in compositione, quoniam non est propriè in ipsa membri substantia.

Ergo vt ad exemplum redeam, quidam in palpitationem cordis ex nimia & frequenti Venere incidit: palam est quod multis in ipso concubitu cor palpitat: atque his ob concussionem, sed nondum demonstratum est quomodo fiat palpitatio: hoc enim ex sensu symptoma est vnum: causæ verò penè innumerabiles, fit enim & in sanis præcipuè à timore & cursu, fit in ægris à ventriculo affecto in febribus malignis, in magna sanguinis effusione, præcis præcipue venis magnis, ante vomitum isque ad ventriculum pertinere videtur, sicut & quiuis humor circa illius os maximè corruptus aut vitreus aut bili acri natura affinis à dolore vehementi, ab obstructione circa & iuxta cor, à difficultate spirandi, à repletionè quauis immodica humorum, sic & ex vtero, & etiam in viris ex seminis retentione & ex quauis maxima noxa cerebri vel iecoris. Ob consensum membrorum principalium, & etiam pulmonis, ob propinquitatem & officium, & in magnis morbis repentinis quæ sunt cum motu vt comitiali & conuulsione ferè semper: & potu venenorum: à morsu serpentum à flatu, ab aqua vel alio humore in pericardio in venteris actibus, & à venteris superfluo vsu: à vermibus ab incerta causa: incumbente morte ab omnibus cordis intemperibus præsertim calidis & frigidis, à somno etiam in sanis ab insomniis terribilibus, à melancholico humore. Denique ab omni causa maligna quæ interimere possit. Oportet igitur vnã esse causam tremoris cordis, in qua hæc omnes contineant. Atque vtiã Galenus qui ardua quæque attingit, hoc ipsum quod minus difficile videtur non prætermisisset. Sed omittamus maledicere iniuste de eo, cum neque nos eam animaduuerimus, nisi ea ætate quæ maior trænio est obitu eius. Igitur cum cor duos habeat sensus, vnũ naturalem quo cum iecore communicat, alterum animalem

nimalem quo cum cerebro, utroque sensu quendam obtinet appetitus & odij ac timoris quo est ablentis sensus: ob consensum enim utriusque facultatis in vno cognoscit noxia & iucunda: & delectatur & tristatur, & timet & optat, cumque perpetuo motu præditus sit, illum timorem motu suo ostendit, cupiens si possit illum ubi est auferre, propterea palpitans velut vir à satellitibus deprehensus aut à latronibus. Hæc sunt satis manifesta, sed nondum liquet qualis sit hic motus, quo quasi fugam meditatur & aggreditur. Quis ergo timet & fugam aggreditur, nec potest à loco separari congeminat ictus, ut celeriter se proripiat tres aut quatuor ictus pro vno edens. Vnde in tremore cordis videtur cor exilire, & si virtus valida sit atollit se quantum potest: sed si per seueret debilitata facultate, fit eo frequentior, quo minus atollitur, atque ita perducit ad lyncopim, & si ultra etiam ad mortem. Magnum præterea ob id mortis timorem incutit hoc symptoma sensu animali naturalem sequente. Vnde in magnis euacuationibus, & præsertim lethaliibus palpitatione cordis aduenit dum cor sentit se spiritu vitali ultra quam ferat exinaniri: sed merito dubitabis quoniam in cursu tremit cor, in quo non est timor neque naturalis neque animalis, in febre ardente non tremit in qua est maior calor & nocentior; aut saltem erit similis palpitatione pulsui febrili? Dico quod tremor qui aduenit post cursum, fit ob timorem suffocationis. Vnde his qui suspenduntur palpitatione cordis omnibus aduenit, sed causa cur differat palpitatione à cordis motu in febre & similitudine à pulsu cum quasi pulsus exilire videatur, non ita cor est quia cor amplum est, & ideo plus potest quam arteria dilari, ideo non in omnibus cor est quietum. Et etiam quia ut cor exilire videatur necesse est ut accedat causa qua se concutiat cum sit substantia valde dura, arteria autem tenera & mollis. Et hoc etiam dixit Galenus. Tertia dubitatio quoniam si ex timore fietur maxime vexaret mulieres & timidos, cum tamen magis appareat in fortibus viris tum sanguineis tum nigris & melancholicis. Ergo pro solutione horum dubiorum accipere oportet quædam partim præmissa atque à nobis nuper declarata, scilicet quod palpitatione cordis est illi tantum propria, quoniam solum consensum habet quendam quasi mixtum ex naturali & animali, ut sentiat naturales affectus quasi cognoscendo, & quæ sensui subiecta sunt quasi naturali facultate. Vnde etiam ob id prælagire ventura ei contingit solumque ipsum perpetuo motu mouetur. Alterum est quod & sensu manifestum est & à Galeno acceptum scilicet quod motus cordis & pulsus sunt æquales tempore, motus autem pectoris, semper rarior utriusque, & quasi inter duplam sex quialteram atque triplam portionem. Quibus constitutis etiam adiciendam puto dubitationem de palpitatione per essentiam in corde ut per hæc perfecta dissolutio quæstionum omnium haberi possit. Igitur cum constet pulsum & cordis motum esse similia in magnitudine

atque frequentia: non est autem motus cordis in palpitatione similis motui cordis, in febribus etiam vehementissimis necesse est pulsum arteriarum & dissimilem esse in febre palpitationi vel cordis motui verò arteriarum incordis palpitatione manifestè esse dissimilem, aut obscure saltem: aut arteriarum motum non prorsus esse similem motui cordis in palpitatione. Quæritur igitur merito an præter celeritatem magnitudinem & frequentiam in palpitatione sic aliquid in corde seu arteriis præter eximiam magnitudinem ac celeritatem & frequentiam, scilicet aut palpitationis motum tam in corde quam arteriis differat à motu in febre sola magnitudine differentiæ, an aliquare quæ sit alia specie? & hoc excepta cognitione illa & sensu eo animali de quo dictum est seu timore? Et rursus an in palpitatione cordis sit aliquid quod non transferatur ad pulsum: aut si transferatur cognosci non possit. Accipere autem oportet præter iam ea quæ dicta sunt duo: primum quod motum palpitationis cordis non solum patiens sed quibus qui tangit regionem cordis cognoscit. Alterum quod palpitatione cordis est via ad lyncopim & habet easdem causas & distinguitur eisdem differentiis quibus lyncopis, & inuatur eisdem auxiliis. Difficultas quoque de morbo per essentiam in corde, qui sit causa tremoris eius est magna; nam si tum posse esse negauerimus statim occurret illud, cur ergo aliqui ex quibus causa in palpitationem & quasi assiduum incidunt, ut Franciscus Gadius sacerdos primarius ordinis B. Augustini, qui ferme perpetuam palpitationem cordis patiebatur quasi indicem infelicis exitus? Et ob id sed non satis rectè in hoc etiam fieri ex nimio sensu cordis dicit Princeps sed non omnis, quæ enim sequitur ad nimiam euacuationem & ad immodicum usum venererorum, & est frequens, non prouenit ex nimio sensu.

Quod si concedas quartum merito quo sedari poterit vnquam ut non rectè deducat hominem ad mortem. Propterea primum accipiemus quod est clarum scilicet eam palpitationem quæ per se sedatur (cum omnis morbus à contrario sedatur) bifariam & vno modo fieri seu sedari: vno modo ut causa tollatur cesset, sed hoc ut dixi bifariam contingere potest: vel ex ipso symptomate cordis ex quo videtur caliditas, & tunc proueniet palpitatione: vel à leui frigiditate cordis, vel à materia aquea tenui, vel à flatu, vel contingat casu, & hoc iterum bifariam: vel quia sponte cesset ut vapor aliquis aut vis veneni quæ friciatur, aut vermibus qui descenderit vel interierit: vel natura & vi cordis irritata quæ propulauerit morbum. Propterea bene dixit Princeps: Et multoties excitatur tremor cordis deinde expellitur aliquid infra à dextra vel à sinistra & tremor cordis sedatur. Dico ergo quod quando causa est valida, tunc non est necessarium ut sit morbus per essentiam in corde: si autem imbecillis erit per essentiam præcipue ex illius imbecillitate ob quam & paucitatem spirituum sibi timet: Et hoc contin

cōtingit præcipuè à magnis euacuationibus sanguinis & à multitudine vsus venerei. Vnde in eiusmodi nihil melius venenatione medicorū refrigeratione renūm : vsu carnis accipitrum : vsu margaritarum in magna copia cum abstinentia à coitu. Et vt comedat corda luporum iuuenum, & comedat etiam cor Taurorum & sanguinè illus. Et superponat cordi coralios rubros in pollinem tenuissimum redactos cum quadragesima parte croci orientalis.

Et si quis dicat quomodo quod est per essentiam in corde potest curari: respondeo quod quæuis minima noxa in corde parere potest magnum morbum, & ita morbus erit satis difficilior quam cura contrario modo, quo quartana & podagra. Et si dicas à quo curabitur cum principale egrotet: Respondeo quod à partibus sanis quæ sunt in eo, quia totum non ægrotat neque iuxta qualitatem neque iuxta quantitatem.

Ad obiecta primum dico quod etiam mulieribus & leuibus ex causis, sed in viris senibus ratio & vsus superat naturam: idè non redduntur timidi : tamen atra illa bilis est adèd potens & malus humor vt cogat cor timere naturali affectu vincente: Et idè etiam tales facile conuersa materia ad cerebrum in insaniam deueniunt. In sanguineis autem vt iam dixi ob metum suffocationis. Ad secundum dico quod est aliquid dissimile præter sensum illam quasi animalem, & maiorem magnitudinem celeritatem & frequentiam ; Scilicet motum..... quinimo quibusdam descendere, in profundumque mergi videtur. Et quamuis minimo intervallo moueatur, tamen quæuis minima differentia in corde magnâ perturbationem asserere solet. Vnde patet solutio tertij non talis motus, cum arteria non sit loco mobilis ad eam non transfertur, aut si natura transfertur est adèd obscurus, vt vix percipi potest & huic respondet experimentum. In hanc sententiam facit quod de media palpitatione in repletis valde accidere sæpe videmus: maximè cum ventriculus imbecillus est : nam palpitatione quædam non obscura cernitur consensu ventriculi. Et tum pulsus arteriarum Galeno teste 3. *de causis pul. c.* 16. sunt inæquales & ordinati, celerioresque quam crebri. Multò magis existimandum est consentire arterias in omni cordis affectu, cum ventriculo non consentiant nisi per cor ipsum. Curatio autem generalis est causæ ablatio vt podagræ reditus. Concludo ergo quod ex causâ & his quæ dicta sunt morbus intelligi potest. Tum ex cura, iuxta illud Hippocratis. 2. *Aph.* 16. Ostendit autem sanatio sed hoc post.

CAPVT XL.

Quod medicina non est minima ex parte tradita, Et cur?

His igitur constat, cum in eis quæ sunt manifestissima nihil penè boni scriptum habeamus, quantò minus in aliis quas

sensus non offendit. Causa est quoniam medici sunt impediti, & non possunt inuenire principia vt debent, sed qui inueniunt cum parū essent in Philosophia parati, & in Dialectica exercitati, non poterūt assequi quæ necessaria erant in arte. Galenus autem 9. *de simpl. medic. iuxta finem c. de Chalcæan. in principio*, cum multa amplexus sit, & nimis studiosus fuerit gloriæ nec admodum senex vixerit, & xx. perpetuis annis peregrinatus sit, ac faciendæ magis quam rebus studuerit plures optimas occasiones amplificandæ medicinæ amisit, aliqua etiam iam benè inuenta peruerit. Quia tamen optimus fuit chirurgus, facundus sermone, medicamentorum exquisitissimus, cum virium illorum explorator. Promptus ingenio Iudicij, in medendo incomparabilis, & methodum haberet facillimâ tradendæ artis : ita in illo acquiruerunt maximè in ea penuria librorum, vt satis vnusquisque duxerit probare quæ Galenus tradiderit, intelligere quæ tractauerit : ita in quibusdam tractatio defuit inter quæ Nobilissima De Dentibus, De podagra & palpitatione cordis. Cætera non ita quod Hippocrates iam antea attigisset.

CAPVT XLI.

Reitellio opinionis quod remedia quædam singularia valde aut in omni podagra. Quorundam ex illis commemoratio.

Contendere ergo ausim neque intellectam podagræ rationem, neque traditam, quin etiam quod traditum est præuè & perperam scriptam : cum enim sint tria illius genera, naturæ diuersa neque in his species adèd contrariæ, tempora membrorum alia atque alia : inde tot aduentitia, quæ fieri potest, vt quemadmodum dici solet vno callopedio omnes calceare nitantur? sūt regiones. sunt anni tempora, sexus varij atque ætates, viuendi consuetudines habitus, corporum compositiones, ritus & leges officia, conditiones hominum, artes proprietates, non solum corporum sed & verum quibus opus habemus. Meminisse tamen decet quomodo quæ maximè sunt in plenissime salutaria, in paucissimis aut nullis noxia, qualia sunt hæc.

Accipe anguillam quadrilibrem pondere, saltem non minorem, nuper captam & validam, eam lardo totam transfige vt pulli solent, & in veru affato collige adipem, inde adde in libram semis adipis ð. Zibeti, & feruæ & vngæ. Aliud incipiente podagra in lib. x. aquæ adde aceti acerrimi lb. v. fursuris triticej lb. ij. coque donec redigantur in emplastri formam & crus supra circumdato: inde super locum circumligato corticem medicem attagenis, aut radicem rauunculi maioris contusam, quæ est magnitudinis oleæ breuis, aut postius fructus cerasi, & loca vicina leuiter ferro pertundito.

Aliud

Aliud accipe ranas magnas centum aquaticas, & totidem terrestres, & vocantur rubetæ: Elice oleum vel coquendo in oleo in duplici vase donec dissoluantur, aut destillando quod maius est abiecta aqua & oleo collecto: aut vt ponantur in olla noua pasta circumdata, eaque indita in aliam funde, pertuso crebris foraminibus, vt etiam quæ lubricatur ita circumdata sit pasta, sic colliges duo olea quibus militis pro opportunitate vtaris, nam vbi calidior est materia plus adijcias ex ranis lacustibus: Vbi dolor est feruor ex rubetis.

Ex Plinio autem desumpta & optima sunt hæc, & non negligenda. Radix cucumeris anguini cum aceto tusa: frigida ius rupi feruens: His quæ sine tumore sunt radix hibisci quæ etiam ossibus fractis medetur: semen papaueris cum lacte muliebri commune est. Radix Hippemarthri duplici emolumento est sedando dolores, & molliendo articulos: Radices quoque purpurearum violarum: Vtica multis modis & natura, & trahendo, & in pruritu vertendo per se & cum aceto: herba vel radix quæ aded non vrit, sed magis trahit, & concoquit. Tritici acerui impositis pedibus. Sex Pomponium sanarunt à dolore, proprie, & in calida palustris lens, sed & cruda amurca. Fici quoque lacteus succus, & maxime captifici: & etiam vrendo prodest, sambuci quoque caulici, cruda maiorem habent vim, cocta celerius agunt. Ari folia recentia vel sicca cum sale. Podagræ antiquis veratrum nigrum, tum etiam ad purgandum exhibitum. Fucus marinus lactucæ similis, & morbo & articulis conuenit. Androsaces non solum illita sed in potu data. Bryos quoque & ipsa lactucæ similis in calida vtilissima aliis non adeo: lac etiam muliebri per se & sanguis menstruus, sed diuersa ratione hic arefaciendo, & extenuando illud leniendo: Sal & sol optima sunt quæ pluribus modis exhibita iuuant, & quæ per plures partes.

CAPVT XLII.

De causis compendiosioris via ad felicitatem, & commodis.

Porro cum omnium quæ queruntur vnus sit finis: scilicet vita optima: quæ & longissima, & felix: frustra querimus plura si per pauciora haberi possit. Ergo quibus modis haberi possit primo querendum: Secundo vt caueamus ab his quibus impediri potest. Maxime autem homo ab homine impeditur. Partes autem beatæ vitæ, aliæ quidem sunt prorsus in potestate nostra, vt animus compositus prudentia & sapientia: aliæ proximæ his quæ sunt in nostra potestate vt sanitas, & pro ætate bonus habitus & robur. Et ideo ad medicum de his ambobus, & considerare, & tractare spectat. Quod verò non est in potestate nostra nisi etiam fortuna aspiciat

Tom. IX.

est seruitus nostra nostrorumque. Plurimum autem facit delectus loci quem habitare propoluisti: indicat autem te rectè elegisse si non mutata forma dominationis nihil passus sis ex publico incommodi, quod magis contingere solet sub imo principe, nam in Repub. contingit permutari formam dominationis subditis non animaduertentibus. Quod ad propria attinet plurimum prodest qui malo habitu sunt, ideoque senibus omnibus aut ferè cibus (& cum dico cibum intelligo etiam si necesse videtur potum) qui vires retineat medicas. Velut in aere pestilenti ruta cum sale sicibus ac nucibus etià in vigilia recoctæ solius, sed mollis ac dulcis, cum pulegio, & origano: præsertim quod vtrunque euacuat etiam bilem, & ventriculo confert, & aluum mollit ac status discutit, & peculiariter pulegium vires vitales confirmat & renes ac vesicam purgat. Propterea, & ad aëris iniuriam compescendam vitare crepuscula, & magis Romæ etiam vespertinum, concluso vti cubiculo & ignem semper habere accessum: cauere cum flat marinus vêtus, gossypio obturare aures. Carpentum præterea valde commodum est ad hæc tum etiam ad laborem euitandum, & multa comoda affert sed sumptu non paruo eget. Propterea munere profutendi opus esset: quo promerito stipendio pateret via ad tranquillam vitam: aut conditione Principis aut sacerdotio. Hæc autem non nostra sunt, neque tota, sed maiore ex parte in fortunæ arbitrio. Quod autem nostrum est lætari: ad hoc facit ozimum melissa crocus qui etiam conciliat somnum, & ventriculum corroborat. Non fatigari non exerceri vitra metam: sed multo magis ab exercitatione non refrigerari: ad quod facit ignis, & vestis pellicea grauis tutior, & melior, lauare item pedes & crura cum tepida & calida etiam: hæc fluxionibus ne fiant opitulantur: simul & deuitare cruditates, & cibus multi alimenti. Itemque purgare corpus sæpe & cum his quæ primis tantum ex venis exinaniant, velut in iuuenibus & humidioribus corporibus catapotis ex aloë loto cum succo rosarum vel ruta, aut puluerem è rosis cum cibus sumere.

Quod ad animi tranquillitatem attinet cogitare debemus primum quæ res: scena vt supra dictum est in qua quisque reputet breuem & inconstantem eius fortunam. Secundum quid nobis vita longa, soboles honores, plures habiti nomen magnum, libri CCC. xxxviiij. superstites, conscientia tot arcanorum: vita innocens: sumptus, vitæ meorum etiam sufficiens. Tertia fortuna similibus deterior etiam. Hippocrates capite damnatus amissis bonis in exilio apud Barbaros mortuus. Aristoteles & ipse exul perit. Oribasius, amissis bona quæ non recuperauit, licet à proscritione in Pontum qua nulla deterior redierit. Galenus Paulus & Hasæ, qui & Auicenna ab aliquibus vocatur minores nostræ ætate mortui, cū totam vitam peregrinando consumpsissent. Themistius hæreticus iure damnatus est. Hæc si me sola

III

ri non possunt, quasi in fortuna vivere contentus potero? Ergo quod superest ut minus est omnibus ita adipisci facilius erit: & minus ut adipiscamur sollicitos nos decinere debet.

CAPVT XLIII.

Auxilia quadam peculiaria nostra. Et de vena sectione.

Inter familiaria & nobilia auxilia est lac asininum, quod a lb. vj. ad vij. sumi potest, dulce est & iucundū, purgat, lene nutrit, innoxium est, imbuti potest quorumcunque medicamentorum vi: cum incoquendo tum si mollior sit qui laborat, de papis asinabus: Idem etiam foris applicitum lenit & dolores & ardores. Narrat Plinius *lib. 23. cap. 1. in fine.* M. Agrippam supremo vitæ tempore, ignorante Augusto cuius gener erat, impatientia doloris aurium mensisse illas in aceto calido, in acerrimo doloris insultu, caruissèque in posterum simul & dolore & sensu: portentosa vnius medici scientia, non tamen dicit quod dolores illi podagrici fuerint: Tertium auxilium est ut excindantur testes, *sexta Aphorismorum 27.* Dices non tantum est podagricum relinqui? Quid si casus accidat: non impero, non consulo, sed commemoro quæ superint auxilia. Quartum est ab initio Arthemisia, folia ebuli, & radicem capparonum, cortices in aceto acti coctæ sed prius radices quoniam plus sustinent de decoctione. Quintam in declinatione bitumen Iudaicum, Pix napolis, armoniacum, fiat ceratum cum cera nona pauca, & oleo hypericonis composito, consumat membrum, emollit duritiem, resoluit quod impactum est, attrahit materiam extra, sedat dolorem, commodum est, nam tenue etiam si apponatur multum prodest, nulla molestia inter illa quæ allinuntur vel imponuntur, fel caninum, mus dissectus vermium terrestrium cinis adipe etiam viperino: & simus milui vel pullorum cinis: Araneæ tela: Articulorum noxis utilis est si imponatur qualiscunque sint: Generaliter autem iotus & extra: cochleæ late nam bibantur duæ ex vino ut Plinius refert: *lib. 30. cap. 9.* sic & illita pinguedo viperarum & sal earum sæpius bibitus, extenuat enim mitum in modum: pleraque etiam quæ foris imponuntur trahunt, nam & harundines & ossa fracta & putrida euocant strenuè, mus dissectus ut etiam venena, ex aspidum morsu impacta & cochleo eius testis contuse præcipue addito leporis coagulo: & ossa anguium cum coagulo quadrupedum quorumcunque. Et præter id capita lacertarum cum sale: vel cantharides cum farina hordeacea: mitigandi scilicet causa: sicut & animum pleurumque pars stercoreis candida velut gallinarum columbarum accipitrum. Et harundinum radices de quibus alias: & viscum & thapsiæ succus & pix: Extremam autem extrema sunt auxilia dicebat

Hippocrates, *prima Aphor. 6.* Trifariam ergo hoc extremum fuerit: & inter auxilia cum reliqua non contulerint. Et ei quod relictum est: aliter frustra & ordine dicto superimpositum. Et manifestum est etiam quod virtus & loco & caliditate, ut velicas excitet: & eo perficitur numerus stellarum errantium: nam reliqua sunt per similitudinem: & in extremo non extrema: sed ut patitur homo natus de muliere per totam diem integram. Primum igitur medicamentum purgans & non medicamentum; sed si acris materia influxerit acie, si lenis lene. Et lectio venæ: vndeunque sed non in loco neque in capite & non lectio venæ. Et quartum clybanus & non clybanus. Quintum submersio & non submersio. Sextum colocynthis & non colocynthis. Et innumerales, & non magnus numerus eorum, neque in loco magnæ paræ: mediocres, vsque quo terminetur acutus morbus. Septimū oblidio & non oblidio, diuturna non diuturna, magna non magna. Hæc omnia simul & nō simul. Sed statim vñ post aliud, & non post aliud, sed comunicantia & non comunicantia. Omnium tria principia. Ignis motus & priuatio. Porro an corruptus sanguis podagricorum? si enim integer quomodo crudus si crudus & albicans quomodo incorruptus? Dictum est enim quod podagra est corruptionis expertus, & ideo non contagiosa. Ergo non absolutus erit non tamen albus aut flauus vel varius, aut rufus sed aqueus, ut adfit vehiculum quasi necessarium. Si autem cum his etiam colores peregrinos obtinuerit erit aliquid plus in eo: & cum hoc paratus ad alios morbos nisi præueniatur vincente podagra ab ea. Similiter & custodia sempiterna (quæ difficilior est) originem ducit a curatione, actus enim potentiam parit & potentia actum, velut calor ignem, & contra velat ferrum cum ab eo incalescit & ex illo sulphur accenditur. Ex multis igitur actibus sic frequentatis, & moderata victus ratione, tum exercitatione ad calorem confirmandum fit habitus, ut à moderatione materia non generetur; à robore caloris concoquatur & consumetur, à motu torres inchoato & naturæ iam affueto ut vbiliber traducatur facilius quam ad articulos, à quibus toties tam violenter auerta est.

CAPVT XLIV.

De Agnatorum morborum curatione.

Coxendicis dolor ut est genere semper validior, ita validioribus indiget auxiliis, vino è semine hyperici per xl. dies chamepyris, & centaurij tamen, Dramuncali radices (quæ ceraso magnitudine & forma similis est) vitione comune est illi atque arthritide, corticis ligni Indi cum vinitis potentibus exhibitio: velut Cefenate Græco atque Maluatico. Vstio in futura

futura coronali pro arthritide, pro coxendicis dolore in colli vertebris. Constat sane multos sic à me desperata ab aliis salute, ex utroque genere esse sanatos, & Bononiæ & in patria. Quæ verò de Iberide referuntur, nunquam vidi quinquam cui successerint: vel ignota herba: vel quia Italica tantum inferior sit viribus ea, quæ adeò landatur ab authoribus: sane ignis & exurentia medicamenta aut membro patienti aut origini imposita plurimum possunt. Et ac̄ cum exercitatione: Et victus certa & exquisitissima ratio.

CAPVT XLV.

De Affinibus morbis, Et quid humor crudus.

NON adeò facilè est ad morbos qui commutant inuenite ex dictis certa præidia velut colica, lithiasin diarrheam hydropem, distentionem, resolutionem, emigraneam, febres, stomachi dolores: vidi enim commutatam, & frustra curatam, sed a medicis magni nominis tantum. In his cura est duplex: primùm reuocare morbum primùm, sed non vt quidam faciunt exhibitibus carnibus, & ouis multis: primùm enim petit beneficium ex errore, nec securi sumus quod reuocetur. Et si non accidat æger periclitatur, & vt dixi etiam si accidat, non tumus certi quod non vterque morbus adueniat, antiquo reuocato, nouo possessionem retinente. Et si solus etiam ne sit intolerabilis aut occidat. Reuocabimus ergo exercitatione assidua ad dolorem usque frictione & balneis: & eo tempore vsu vini potentis, hoc enim modo tuta erit reuersio. Secundum est vt materia communis concoquatur, expurgetur & exsicceetur: concoquant oxymel scilliticum inedia: exercitatio vinum potens paucum, vt sæpe dictum est, aut aqua ex aromatibus Mel cum pane: allium crudum & coctum. Ambra autem & sal viperæ. Et sudorifica, & etiam diuretica sed multo minus exsiccant ipsum. Fontes quoque euacuationis genus sunt, sed sensim educunt: at simul catapotia ex his quæ crudum expurgant humorem: qualia luccus panacis, colocynthis, agaricum. Calamentum, coagulum, flos æris. Euphorbium, serapinum stibium præparatum, stilla, lignum visci, lapis Iudaicus, lapis lazuli, & ex eo catapotia vulgata Polypodium, radix palmæ Christi: sed nihil violentius aut validius stibio cuius iiii. grana vsque ad vj. educunt propriè crudos lentos crassosque humores, & ab imis articularis. Thapsia quoque & Chanaberi, & est Pauli..... Et quæ ex arte fiunt vt *summa Prima Tractatu Novo Qujmi libri* catapocia. Et scias quod per humorem crudum non est necessarium intelligere humorem crassum neque lentum vt mucus, nam sunt humores crudi biliosi tenues & fluxiles, & ichores qui non sunt neque crassi neque lenti, neque omnis humor crassus est crudus. Nam melancholia

Tom. IX.

naturalis est crassa & tamen non est cruda, sed dicemus bene quòd omnis humor lentus est crudus semper. Et humores crudi plerunque sunt crassi vel.... Et sæpe etiam crassi ac lenti.

CAPVT XLVI.

An cuiquam conducatur procurare podagram.

ET sanè non est hæc quæstio, quæ supra tractata est, neque alio in loco, nam hic quærimus an cuiquam non habenti conducatur illius aduentum procurare? hoc enim multum distat ab eo, an sit utilis producendæ vitæ? an conferat aliquibus deuitandis morbis? nunc enim solum quærimus an in non consueto pati podagram ea procuranda sit? vt pote si vrgeatur ab infania vel strumis aut dolore capitis vel angina per circuitus? Videtur autem non rationi consentaneum quoniam maiore impetu ferri possit quæ opus esset? Et possit irritari, nec priore sedato morbo? Et quoniam posset reuertendo materia accedere priori, atque ita primum morbum augere: Et forsàn id fiet in cassum. Neque dubium est quin si minor sit morbus non sit commutandum. Ergo prouocanda non est cuiquam podagra, postquam constat eam esse penè immedicabilem morbum, & acerbissimum, sed vitendum esse eis quæ eam prouocare possunt, nihil prohibet deambulatione vsque ad pedum dolorem, & grauitatem si conueniat arantiorum & humiorum medela, vino potenti & similibus: non tamen his quæ multum nutriunt velut carnibus & ouis ac ferculis pinguibus multis: neque his quæ crudos humores generant: neque cruditate velut vigilia aut ambulatione à cibo. Ergo si rectè agentis superuenerit atque optata quasi non est dolendum, non tamen accersenda.

CAPVT XLVII.

De Conualescentibus & in ætate. De Vitijs ratione in illis, laus fortitudinis, Et de Ordine.

VBI verò quis conualescere incipit, Et dolor & grauitas desinunt: Et locus iam intumuit & sudat, aut prurit. Et æger dormit, & maxime si à somno sudat & appetit cibum absque fastidio, & sentit totum corpus leue, & pertransierint xxxvj. horæ cum hac alleviatione: (rarè enim accessio fit quartana in hoc morbo) aut ad summum lx. horæ, tunc est morbus in declinatione, nam vt morbus solet ingravescere vesperi, ita alienari in mane: à matutina autem hora id est tertia vel quarta die in qua podagrosi melius se habere solent si numeres lx. horas, incidet in xvj. horam ab ortu solis, & idè in occasum solis aut saltem in vltimæ horæ diei initium, etiam vbi dies longissima est horarum

Iii 2 æquino

æquinoctij, alium xvij vt in Germania vltima & Noruegia ac Dania: tum verò si accessio futura est iam pes grauari incipit etiam si nondum doleat. Si ergo non ingrauescit feruè æger est in tuto, vt iam conualescat. Reditus enim Quintani & septimi, vel etiam rariores in febribus nostra ætate sunt, pro montis in Italia, quantò magis podagrici. Tunc ergo lauare potest æger pedes tepida & cultro sorditiem deradere, & tollere pellem crassiore, & maximè circa locum patientem. Inde sibi met abluere membrum frigida aut tepida cum quarta vini astringentis parte. Vel si sit aqua fabrorum & in ea sal & surfur cocta fuerint. Et sanguinare locum non est malum præsertim si pruritus adit. Emplastrum expertum tunc: Pix mel & farina hordei: auocat extra & locum confirmat, & est temperatam aquam extrahit & siccat. Summa verò custodia est in motu: nam si moueas membrum doljat & redit inflammatio: quicunque verò ab omni motu vel duntaxat qui dolorem etiam faceret, prorsus abstinent, & syderati sunt, paulatim obtorpescentes, & ad ignauiam redacti, inde impotentiam motus corporis: quare paulatim exercendum membrum vique quo leuiter dolorem ferre possumus ieiuno ventriculo, & ventre vacuo: inde statim quiescendum atque iterum redeundum, vt meta doloris sit eadem. Exercitatio enim maior erit si probe res processerit quia membrum validius: idè sic breui restituetur. Quod si offensam senserit tanto minus ab initio exercendum, vt *triphos* sit cum dolor cessat à labore statim: quantoque maior eò melior, & continuare æqualem. Et sumat interim in cena vitellum oui cum pane & bibat modicum vini potentis flauis: vel si timet plenitudinem sumat pisciculos in crate cum sale assatos, & bibat vinum album paucum, leue.

Quod si dolor & grauitas sensim alleuiantur, non tamen vesperi est sine fastidio cibi, & præsertim si vigilat, tunc animaduerte si vel grauatur alter pes, vel minimum dolet, tunc æger conualescit ex ea parte, sed expectanda (aut saltem) est recidua in alio crure. Et est mutatio velut in febribus ex tertiana vel continua in quartanam, & rarius recidua est grauior primo morbo: contigit tamen & maximè si aberres, aut grauitas membri maior sit. Et si non adest pruritus neque sudor, & tunc glande supposita excitet aluum, vel si fluxerit flatum alliciat & ieiunet. Et præueniat imponendo pedem in vas æneum calidum huiusmodi vt locus a, b, sit liber & aqua cum circa ferreat ex arthemisia, ebulo, radice cucumeris anguini, & cyclamine tum^a chamæmelo, & radicibus mali punic.^b sale, betonica, stæchade, camepity capparorum radice, vermibus viperis, lacertis, radice syluestris solani, seu halicacabo, vel pluribus ex his. Si ergo sudauerit liberabitur tum absque magna noxa & forsitan in posteram: quod si reuertatur redeat ad auxilium. Si non sudat non pruriat, nec locus etiam intumescat, tunc cessa, & administra aquæ frigida: superfusionem, mane sequenti da pisci-

culos ex crate vt dixi, cum paucò pane, & leui, si esuriat & sit imbecillus, non bibat, nisi vel parum aquæ coctæ ex glycyrrhiza, & coriandris paucis cinamomo & gariophyllis, vt odor eorum vincat, & suauitas cinamomi, & dulcedo glycyrrhizæ.

Quod si grauitas in membro manet, & dolor minuitur, & cibi fastidium vespertina hora redit, imendum est, ne ex eadem parte fiat transmutatio, quæ si ad superiora mala plerunque, si ad inferiora bona. Et tunc si grauitas non multat sit, vel locus iam sudet glande & ieiunio præpositis adhibe sphaerulam dictam, quæ quanto mitior est & tenuior eò melior, magnitudo vt pes infirmi circumuerti facile possit: aut certe paulo amplior. Sed si neque sudet neque timeat & membrum graue sit, maximè si fastidium cibi vehemens accedat aut æger plurimum in victu aberrauerit, abstine à caldario & frigida vt: & clysteribus & longa & exquisita inedia: ita tamen vt locum detractioni vsque ad statum relinquant, cumque minuitur fastidium adhibe sudorificum: si obesse videatur abstine. Sed si sublato fastidio cesset grauitas, aut sudor aut pruritus appareat, tunc vtere, etiam si per spacium aliquod temporis obesse videatur. Demonstrationes enim medicæ quod ad nos attinet adeò certæ sunt vt mathematicæ.

Rursum si dolor matutino soluitur, membrum leue est. Homo iam ambulare gliscit & potest, fastidium abest omne, & appetit, sed post tres aut quatuor horas grauatur locus, nullum esse conualescentiæ signum, sed est interuallum & simile tertianæ simplici aut duplici. Expecta igitur accessionem hora vespertina & in nocte exacerbationem, aut saltem vespertina hora diei sequentis & nocte sequenti, & tunc æger regendus est vt in exacerbationibus futuris, ac incumbentibus. Materiam tamen indicat esse tenue & vaporosam ob exquisitum interuallum. Et idè accessiones erunt breuiiores: & totus morbus etiam breuis sicut solet esse in tertianis. Quandoque tamen præter spem etiam absque ægri errore poterit protrahi maximè si eadem hora semper redeat. Quid mirum cum & idem etiam in tertianis febribus accidat, sed raro, & in podagra quæ talis fuerit rarius. In omnibus autem morbis & casibus aduersis plurimum iuuat & auxiliatur fortitudo. Primum vt mollius feras & maximè quæ non tua culpa acciderunt. Secundum vt nihil turpiter dicas aut facias, vel indecorum. Tertium vt melius consulere possis aduersis & auxilia querere. Quartum vt meditata deducere possis ad exitum: cum enim fractum te animo tui videbant consanguinei torpebant, amici deserent, domestici non parebant: contra si non frangaris aut pudore aut spe aut metu te iuuabunt. Denique melius est cadere fortiter quam turpiter viuere, nedum mori. Si enim mors & aduersa quæ turpitudinem & dedecus ex casibus & extra adiuncta habent grauiora, & illis qui patiuntur & aliis qui adstant videntur, quanto magis si ex proprio vitio id accidat deteriora habebuntur? Verum fortitudo tametsi naturæ Deique munus sit, ta-

men vſu & ratione ſub qua imitatio & exempla continentur multum iuuatur. Et ob id cum prudentia ſit magis humana, fortitudo autem diuina, nil mirum ſi fortitudo præſtantiſſima ſit prudentia, quantum diuina humanis præſunt. Omitto quod fortitudo duobus modis prudentiæ auxiliatur, prudentia non ita fortitudini: nam fortitudo conſilium augeat: vt non præ timore animus viam ſuam, & rationem deſerat; Et quæ iam animis auxilia inuenerat: præſtat vt exequi poſſit: (non quod prudentia non maiorem vtilitatem præſtet, & frequentius in vſum & commodum fortitudine nobis non veniat) ſed ideò longè fortitudo prudentiam antecellit, quod homo prudentiſſimus cum mediocri fortitudine felix eſſe non poteſt, infœlix eſſe poteſt: fortitudo autem ſumma cum mediocri prudentia coniuncta felicem ſæpe, nunquam autem infelicem hominem eſſe ſinit. Id autem contingit ob varietatem caſuum humanorū atque fortunæ, ob improbitatem hominum maximam ac tam multiplicem, & ob noſtros, vtpote parentes, vxorem, filios, fratres, quorum calamitatibus nequaquam (tamerſi prudentiſſimus quis ſit) obuiam ire poteſt. Eſt igitur fortitudo donum Dei præclarum hominibus, quo id adipiſcitur, quo præcipuè Dij hominibus præſtant ſcilicet ſecuritatem, atque id etiam adauget quod robur corporis firmius præſtat. Animus enim fortis corpori moderatur, & humores regit, vnde non ſolum ſanitas ſed bonus habitus & vires validiæ euadunt. Et ſic ſolutus ſum omnibus incommodis de quibus ſupra conqueſtus ſum Dei gratia plenè præterquam quod non reſtituti ſunt dentes, nec ſanatus ſum ex ramice.

Iam ergo ad finem & operis huius & libri vitimi ſimul peruenimus, cuius ordinem multi parum Ariſtotelis doctrinam intelligentes calumniabuntur: quod ſi eos ars ipſa & Ariſtotelis authoritas non mouerit, illud debet commoneſcere, quod videant quanta facilitate tot ardua in vnum compegerimus & explicauerimus. Et vt ad minima quæque magno cum ordine & non leui ſubtilitate tractanda peruenimus, adeo vt non ſolum nihil in diuturnorum morborum conſideratione relictum ſit; ſed etiam incompatibili cum arte tradiderimus. Nam de acutorum cura morborum in ſex libris ſuper librum de victu in acutis Hippocratis commentariorum egimus. De ſanorum autem regimine in quatuor libris huic tractationi dicatis tractauimus. Et præ cæteris hæc tria volumina compendij gratia legenda ſunt, nam alia in reliquis libris maxime in Hippocratem expoſitionum conſcipimus.

CAPVT. XLVIII.

Paraliſis duobus.

Relinquebantur duo dubitatione merito digna; vnum quomodo conuſionis dolor à podagra diſtingui poſſet; quod ad veram curandi rationem neceſſarium erat, ſi quidem.

Non intellecti nulla eſt curatio morbi.

Atque ab initio cum iam homo percuffus eſt, difficile eſt ſcire an eo materia ob conuſionem aut morbum ipſum occurrerit. Incidit enim ſæpe vt ob vtrumque, mouet enim dolor materiam ad locum: natura verò conſueta & plus tranſmittere ſolet, & locus latior, & materia iam parata, plerumque igitur initium eſt à conuſione ipſa: magnitudo doloris, tumor diuturnitas vtriuſque, maior enim podagræ, ſi non cum luxatione iectus aut oſſis deſquammatione aut ſciſſura aut etiam ruptura ipſa, quod peius eſt, fuerit. Tunc enim vbi certior de hoc factus fueris cauſa externa, & iectus omnia trahit ad leſum. In declinatione autem morbi facilius eſt diſcernere, ſi fridet aliquid, ſi commouetur præter articulum præſertim durum: ſi loco exceſſerit fracturæ aut luxationis indicium, eſt punctio, præterea ſpitiæ duræ crōdeni fracturam indicat. Et ſi conqueſcere nullo modo ſuper membrum poteſt etiam cum detumuerit, aliòque premit dolor quàm in articulo. Sedata autem proſus inflammatione, in podagra cum preſeris locum ſolidum vehementer, aut dolet plurimum etiam ſi non premat, aut non valde ſi premas, quoniam in articulo locus vacuus eſt: in tendone autem non eſt quod renitatur, ſed tactui cedit. Verùm in conuſione certa pars & plerumque parua vbi leuiter prematur non dolet aut parum dolet, quoniam periſtron non adeò excellenti ſenſu præditum eſt, & inflammatio id ceſſauit, ſed cum valde preſſeris valde dolet: quia læſa pars exanguis, & quod ſub eſt valde durum eſt. Quod ſi deſquammatio fuerit aut ſciſſura, aut fractura adhuc longè magis, nam partes aſperæ premunt periſtron.

Quidam cum in crure ſciſſuram paſſus eſſet longo tempore doloribus acerbiffimis tortus tandem interiit, quare conuſa negligere non oportet, luxata quoque cum obcalluerint vix reſtitui poſſunt: & ſi non reſtituantur plerumque claudicat homo, Et doloribus ſæpè obnoxius ſit.

Alterum dubium eſt an podagra hominem eximat à periculo lapidis in veſica? nec hoc eſt quod quaeritur, ſed à contrario quaſi principali conſtituto (hoc enim primo intentum eſt) ſumenda dubitatio, ſcilicet an ſanato proſus ex podagra præſens imminet periculum lapidis generationis in veſica? Et an in omnibus? & quibus namq; omnibus & in quibus ſtultum fuerit proſus maximum malorum ſibi accerſere. Quaerendum

rendum est igitur id rursus contraria quasi ratione : scilicet an vllus ex his quibus lapis excisus è vesica fuerit podagrosus extiterit. Nam ratione videtur cõmutari renum lapis in podagra , non tamen aded ita podagra in renum lapidem. Rationem igitur experimento confirmatam inuenire oportet , ea est quod si ex lapide renum fit ob moram dum non eiicitur vesicæ lapis , ex podagra autem quandoque dum retinetur materia , renum lapis fiet ex podagra vesicæ lapis licet hac via quam rarissime. Secunda via est à causa , si enim causa podagræ est humor , & præsertim crassus ac lentus & multus , & præter id accedat alui durities & renum calor qui materiam ad locum trahit , & etiam illam conuertit in lapidem , tunc lapis omnino est expectandus : si hæc non adsint maximè quod fit vaporata aut ex ichoribus , & renes calidi non sint , non expectabimus lapidem. Tertia via est à signis , si sanata podagra proueniat vrina aquosa prorsus , aut pauca & crassa , aut suppressio infesta , aut lapilli in renibus , aut materia tenax fluat , erit euidentis suspitio de lapidis generatione facta in vesica iam aut futura. Si verò vrina sit boni coloris , & substantiæ , & cum contentis figuratis , nondum potest esse lapis , nam vesica per lapidem refrigerata aut læsa in substantia vel mole impediende hypostasim cogi , nunquam poterit fieri vrina bona in substantia & colore & contentis. Quarta est à superuenientibus (omitto modo indicia præsentis lapidis aliàs suis locis enarrata) vt si suppressa podagra pondus sentiat in renibus & sub osse pubis : si homo etiam abstineat à venere , si citra aliam noxam repleatur cibus , & vtatur vinis potentibus & alimenti crassis ac lentis : si diuersa incommoda senserit in meiendq. Si deambulatio magis prægrauat hominem , hæc sunt signa conuersionis ad lapidem : sicut contra vomendi noua consuetudo , lassitudo , in membris febres , tubercula hæmorrhoides , diarrhææ per interualla securos nos reddunt ab hoc morbo , vertigo etiam noua.

CAPVT. XLIX.

De variis podagra finibus: De varicibus & caluio.

Cæterum cum varij sint fines podagricorum : & etiam quidam alij morbi , qui cum podagra communicant nondum commemorati , scilicet caluitium atque varices de his dicendum est. Constat enim quatuor esse principales morbos , in quos cæteri commutant , tanquam alleviationis causa. Quartanam podagram hæmorrhoides atque varices. Atque hi omnes etiam inter se & ipsi in alios. Dictum est autem superius de aliis omnibus in quos commutant præterquàm de varicibus. Et qui commutant præterquam caluitio , vnde de his duobus

tantum dicendum restat. Igitur Hippocrates *sexta Aphorismorum* 27. inquit : *Eunuchi non laborant podagra neque calus fiunt.* liquet ambos affectus contingere aut ex materia eadem aut efficiente aut vtroque. At si testes causa sunt efficiens caluitiei & podagræ non nisi per materiam genitam ; ex illis igitur commutat materia sola vel cum efficiente : dicebat idem *secundo Epidemiorum*. *Varices caluorum si non magni sunt furiosi sunt.* Idem quoque in *libro de Natura pueri pag. 9.* *Eunuchi non caluescunt , quoniam pituita non agitur aded à venere , vt calefacta exurat capillorum radices.* At oblicies ex Epidemias , ibidem caluus & varicosus morbus habent vehementer attribiliaios. podagra autem ex atra bile raro fit : non ergo caluities & varices , commutant cum podagra : Respondeo quod atrabilarij calui fiunt & varicosi , ob caliditatem quæ exurit ; in podagra autem solum impellit humorem crudum nomine pituitæ antiquo more appellatum. Ideo commutant cum podagra. Dicebat Princeps , varices adueniunt in fine febrium acutarum. Rursus Hippocrates *Quarta Aphorismorum* : *De lassatis in febribus ad articulos abcessus fiunt.* Commutant igitur podagra & varices , & varices & caluitium. Sed dices varices caluis adueniunt non igitur commutant. Quæ enim commutant vno adueniente alterum abscedit. Dico quod podagra commutat cum alterutris , quia illa sunt eiusdem generis , & à tenui fit caluities , à fece autem varix , quæ inter se sociantur. Erunt igitur morbi qui commutant xvi. Equibus quatuor in quos soluantur , xij autem qui soluantur , cum ad podagram omnes comparati fuerint , nam comitalis licet ad quartanam , non tamen ad podagram comparatur.

His visis deuenio ad morbos , in quos maximè & propriè soluitur podagra. Et sunt pruritus , tumor ruber & œdema. Fiunt autem modi nouem : primus cum sit ex vapore , & tunc plenè & breui soluitur absque tumore vilo : præcipuè si sudauerit locus & partes circumuicinæ , solum relinquitur imbecillitas articuli , & laxitas vt videatur disiunctus & leuis rubor ob præcedentem inflammationem. Secundus cum causa est ichor simplex , aut biliosus , aut bilis tenuis articulus remanet tumidus & ruber , cum cute tenui & pruritu : sed paucis & exiguis pustulis. Et color flauus declarat bilem , & ruber sanguinem. Et non adest œdema : neque loca circumuicina tument. Tertius est cum ichor est pituitosus , & dolor est lenis , & finitur breui : & non est œdema nisi propè articulum & in articulo. Sed si vehementer exerceatur cum fuerit post vigorem , in vna die soluitur dolor , sed œdema occupat magnam cruris partem : & tunc durare solet per quinque vel sex dies , quoniam multitudine conseruat humorem , si tamen vtatur bona victus ratione non trahit in leucophlegmatiam. Differentia autem leucophlegmatia & œdematis alias docuimus. Quartus est cum ichor melancholicus est : œdema nigrum eadem ratione qua pituitosus spar-

gitur

gitur vel in articulo solo & propè vel confertim. Hæc si sæpe redeat cras cum tumore & cute reddiduram & nigram & graue: & ad leucophlegmatiam nigram facile transit, nisi quis exquisita vtratur victus ratione: & inde in hydropeum. Quintus est cum sanguis peccat: tument tamen vicinæ partes rubræque sunt, & in fine succedit œdema non puri coloris sed leuius. Si verò cum sanguine ichor plurimus extiterit: œdema etiam cum tumore rubro superuenit ab initio, & tarde soluitur & pustulæ cum pruritu fiunt. Et inde pronus est ad leucophlegmatiam & hydropeum. Septimus est cum pituita seu humor crudus albus seu purus seu cum ichore aduenerit, locum & cras occupare solet. Si quidem cum ichore ab initio si absque post, sed non multo: non tamè magnas sed qui crescunt in dies: at cum ichore manus ab initio & pertinax, hic nisi custodia quis diligenter vtratur facile licet ferius nonnunquam transit in leucophlegmatiam & hydropeum. Octauus est cum melancholia & ichor sunt podagræ causa, sit œdema magnum nigram ab initio, cutis crassa sit, dura, totum cras graue; hac propriè transit in leucophlegmatiam nigram opulque est non solum magna cottodia sed animo fortis: sed si ichor non adit, serius aduenit œdema nigram, quod vix post vnamquam soluitur. Verùm hoc commodè adest, quod licet occurrere ei ab initio, vlcerata & profunda faciendi. Hic rursus aliud periculum ne in corruptionem substantiæ carnis ac membri & cancri Italorum, id est Celli transeat, nihilominus facilius vitari potest præcedenti. Atque ex hoc satis aperte liquet quantum hæc tractandi ratio utilis sit ad perfectionem doctrinæ, ordinem, facilitatem, & vtilitatem ad cuncta perueniamus.

Sunt præter hæc morbi qui causarum speciem sed remotiorem retinent, velut si podagra à lue Indica ortum habeat: plurimi enim patientes cum morbum, ob id ipsum in podagram & difficillimam inciderunt, quoniam causa cause adiungebatur, & quæ adiuncta erat per se inexpugnabilis erat & etiam impediēbat curam. Et tales morbos communicantes appellamus, non qui commutent: podagra enim non transit in lue Indicam neque contrario modo. Sed de elephantiasi licet sit verisimile ratione quod communicans, non tamen adeò mihi constat, vt de lue Indica: cuius frequens habemus experimentum.

CAPVT L.

De exercitatione, consilio, consultatione, præexercitatione. Qui libri legendi sint. Conclusio totius operis.

Finis autem omnium est sanitas, ad quam adipiscendam vel opere ipso præsentibus

bus nobis, vel consilio abscentibus. Adque duplex ex enarratis tantum symptomatibus, vel aliorum etiam scriptis prius visa aut consultatione quæ est ex plurimorum medicorum voce accepta. Ea verò multiplex est, alia in qua nihil describitur, alia quæ in scriptis colligitur, atque in vtraque contingit vel re non adesse curationi, aut adesse vel solū, vel cum locis. Commune autè est exercitationi, consilio & consultationi, vt in duas diuidatur partes suppositionum; & est symptomatum à quibus hereditate patiens, & in quo omnes conueniunt si plures adint, enarratio; Et inuentionem. Hæc autem constat ex sex partibus. Rebus naturalibus, Contra naturam, scopo; Prognostico, curatione & *rebus*. Quorum omnium exemplum attulimus in consilio Illustrissimi legati Gallorum regis, quod Romæ conscripsimus Res naturales (præstantiores inquam) rursus in sex diuiduntur: Patriam, temperantiam, habitum seu compositionem membrorum. Proprietatem, Aetatem & Consuetudinem. Ea duplex est, vna eorum quibus iam consuevit, Alia quæ præscripta est illi vel legibus, vel munere illi incumbere. Res præter naturam sunt symptomata iam acceptæ, & si qua tu diuidendo quasi intelligere poteris. Morbi causa quæ omnis generis, & remotæ, atque inter eas quæ principalis & an per circuitum se habeant? Morbi an continui per, an circuitū, per essentiam secundarij & per consensum: scopus, sanare an custodire? Et vterque perfectè, an in parte tantum, an mitigare solum aut etiam lenire? Atque in his difficultas, aut tarditas, aut non omnino vel eis contraria, tum vt turdè aut quid possit accidere aut quam blandè id est sine dolore, & de comoda opera aut incommoda, nam quod non reuertatur non aliud est membrum, sed ad custodiam pertinet. Prædictio autem omnia hæc docet antequam fiant, & est de omnibus tribus primis scopis vt *Tertio Methodi cap. 1.* Inter curationis partes reponetur, quod ex naturalibus iam considerauimus: scilicet an ætas profutura sit an nocitura. Et quoniam magnitudo morbi in hoc ipso præter ea quæ ad speciem pertinent consideranda est; animaduertemus præcipuum magnitudinis morbi signum, vt ibi in consilio propodagra grauitatem, adicientes rationem, vt quia cum virium robore mala ob causæ magnitudinem: cum imbecillitate præcipue ab ætate maior deficienti auxilio: magna autem dispositio tripliciter comparatur, vel ob mortis vel alterius morbi deterioris periculum, vel ob difficultatem sanationis: vel ob symptomatum acerbiteriam: præcipue doloris & vigiliarum. Inde totam curam diuides in communem, generalem & specialem. Ex secundo libro. Et ea administratus per victus rationem medicamenta, sectiones & ignem, & quæ eis simulantur, sudaria, balnea, fomenta: irrigationes, & medicamentorum potentium varias naturas, inunctiones metallicorum & venenorum, & quæ vicem vtrorumque subeunt: depasta animalia inde sumpto lacte aut sumptis illis in cibo: tamen verò destil-

lata & fermentata, atque in his tempus coniungere robori, & cibum ex medicamentis facere, & ex cibis vicissim medicamenta, ita de aere. Hoc tamen speciale est in consultatione sola cum fueris cum malis fociis, vt dicas tantum. Hoc volunt authores.

Horum igitur causa præexerceri oportet in quibusdam præcipue operibus. Et Hippocratis quidem Prognostica cum nostris commentariis. Et totam chirurgiam cum Galeni etiam expositionibus quibuscunque quæ habentur ad malum (vt dici solet) legere, Et Aphorismos etiam: ex Galeno autem libros quatuordecim Methodi, & xvij. de compositione Medicamentorum cum sale perlegisse. Ex Orbasio quæcunque faciunt ad condimenta & ciborum præparationem, deficiunt enim ex Galeno pleraque. Dioscoridem quoque De simplicibus medicamentis: Et vniuersum Vesalij de Ana-

tomia opus. Ex nostris autem *απει Αισθησις* *Κλα Βασισ*. Et illud de causis locis ac signis morborum, & opusculum cui titulus est Actus: facit enim ad promptitudinem omnium. Volumen autem Hæsen minimè aspernari quemquam suadeo, maximè cum tempus studendi non datur: ob ordinem exitium & claritatem cum copia rerum non inutilium iunctum. Exemplar autem quoddam refert maximè pro iunioribus, & ad imitationem etiam his qui studuerunt ea lege, vt alia etiam inuenire studeant, parua illa praxis Leonarthei Iachini in qua velut ex cæno relucet collectæ scintillæ gemmarum plurium: ille enim eo opere primus docuit qualiter ex doctrina confusa, breui barbarica, & obscura; nitida & satis pro breuitate absoluta, eliceretur: quare & superioribus ob imitationem vt dixi adici poterit, Et sufficere ad numerasse meritis omnino legi.

HIPPOCRATIS.

De Victus ratione in Morb. Acut. cum sua expos. vj.
Prognost. cum Nos. Comment. iij.
Aphorif. cum commen. Gal. & nost. vij.
Chirur. offic. cum Gal. Comment. iij.
De fracturis cum Galeni. commen. iij.
De Articul. cum Gal. comment. iij.
De Vuln. capitis. j.
De Ulceribus. j.
De fistulis j.
De Hæmorrhoi. j.
De Visu j.

XXXII.

GALENI.

Methodi. xiiij.
De Compos. med. secundum locos x.
De compos. med. secundum genera. vij.

XXXI.

PRINCIPIS
Seu Hæsen.

Canonis v. licet ex secundo solum noua medicina & ab ordi: celeritas inuen.

V.

Summa omnium XCIX.

L. IACHINI.

Commentariorum in Rasim ad Alman. ij.
II.

ORIBASII.

Collectaneorum Quartus Quint. sextus & Decim.

IV.

DIOSCORIDIS VI.
VI.

VESALII.

De fabrica corporis humanis. vij.
VII.

CARDANI.

De Dentibus. v.
De Tuen. sanitate. iij.
De Causis signis & locis morborum. j.
απει Αισθησις *Κλα Βασισ*. j.
Actus. j.

XII.